HEXAMERON

Magni Baſilij per Joannem Argyropolum e greco in latinuz conuerſum.

Cum Gratia ꝛ Priuilegio.

IACOBVS MAZOCHIVS RO. ACADEM. BIBLIOPOLA. R. D.D. PETRO GRYPHO EPISCOPO FOROLI-VIENSI REFERENDARIO APOSTOLICO DOMINO SVO. ETC. S. D.

RAPHAELEM Volaterranum Gratum/obſeruandumq; pernecessa
rium noſtrum in maiorem modũ & diligo/& amo/cum pro eius hu/
manitate/nam quicquid curat/elaborat/perficit/id ad omnium utilita
tem nauare conatur/tum ob eius/& ſplendorem/& gratiam/domi/foriſq;. Is a.
Mario Maffeo eruditiſſimo fratri ſuo Magni Baſilii lucubrationes à Græco fon
te/ad Latinam eruditionem traduxit/ac me ſuaſore/& auctore in publicum ma
gna omnium literatorum cupiditate expoſuit/Nunc autem ut qui totum ſe ma
ioribus/ac dignioribus ſtudiis dederit/eiuſdẽ Magni Baſilii ἑξαήμερον Ad me mi
ſit/ut q prius ſuis manus mẽbris lucẽ aſpiciebat nũc p me totus totum orbẽ cir/
cũuolitet/Ego uero q & ſi in ueſtro doctorꝝ puluere non ita ut uellem uerſatus
ſum/tñ oĩum literatorum ueſtigia amore/ & beniuolentia ſic perſequor/ut nuſ/
q̃ eſſe uellem ubi de lr̃is aliqd non agat̃ cui id potiſſimũ munus adſcriberẽ cum
multum diuq; cogitauerim incidiſti in mẽtem cõtinuo mi Gryphe/ q ex ſenten
tia pbe oĩum ſciẽtiaꝝ/oĩum bonorꝝ ſtudiorꝝ culmen ita attigiſti ut nõ dubitem
illud de te dicere quod de. M. Varrone noſtrę linguę duce/dixerim: nã non ſolũ
Moraliũ/ſed Naturaliũ/& Diuinaꝝ reꝝ cognitiõem aſſequutus es/& honoribus
dignis honeſtatus cum ab Alexandro. VI. Tum à Iulio. II. Tum etiam à Leo/
ne. X. noſtris. Ponttt. Opttt. Maxxx. pro tua quæ eſt in omnibus humanitas, cũ
q̃ unus in tam miſero/ærumnoſo/fero/ac ferreo tempore/in tam afflicta cõmo/
ta/perdita/pudendaq; fortuna/in tanto bellorum tumultuoſo horrore/in tanto
Italaꝝ/cæterarumq; gentium conflictu/& ſi in ſummo oĩum dolore nihil prudẽ
tia/nihil doctrina poſſunt tñ Rem literariam penitus/ ac penitus conniuentem/
imiſq; præcipitantem fundamentis ita erigas/confirmes/ conſerues/ut te merito
Literarũ Patrem recto nomine appellari poſſe & ſentirem/& cẽſerem: Tibi ergo
mi Gryphe/cui tantum attribuo/ut nihil de mea cogitatione diminuam/ id mu
neris dandum uolui/quod ſi ita ut prę ſe fert animus legeris illum Baſilium te le
giſſe contendes qui non ab re magnus ab eruditis dici meruit / Præterea multis
luminibus ingenii litum multa arte elaboratum/multis eloquentiæ floſculis per
fectum adſeuerabis. Quid multa? Magnum Baſilium ad te mitto/Maximos mul
tos inuenies/qui ne tantum magni appellari meruerint/Magnum uero q: Maxi
mus appellari: ut eſt/poſſet/neminem præter iſtum/qui tibi eſt dedicatus. Vale.
& ſi me amas Bene Vale. Romę ex ædibus noſtris. M.D.XV. XII. Kal. Ianuar.

MAGNI BASILII HEXAMERON ARGYROPOLVM

¶CONGRESSIO PRIMA.

¶IN PRINCIPIO FECIT DEVS CELVM ET TERRAM.

DECENS EST ACCOMODATVMQVE PRINCIPI/
um/Ei qui mundi conſtitutionem enarraturus eſt eorum ornatus:
quæ conſpiciuntur diſpoſitioniſq; principium in oratione ſua/ ante
omnia poſuiſſe: Nam extructio cęli/ terręq; tradenda eſt: quæ non
euentu fortuito/caſuq; orta eſt/perinde ut quidam ſunt opinati. Sed originem
ab ipſo deo/atq; cauſam ſumpſit. Qualis nam auditus dignus eſt eorum quę di
cuntur magnitudine tanto? Qua preparatiōe pręditam animam talium auſcul/
tationi ſermonum obuiam ire oportet? Nempe carnis affectionibus expurgatā:
Curis uitę non occupatam/ac obfuſcatam patientem laboris. Indagatricem/om
ni ex parte circunſpectantem/ac explorantem/Si quo ex loco dignum deo con/
ceptum: atq; ſententiam accipere poſſit. Sed antea quam inſitam his uerbis dili/
gentiam inquiramus: quantęq; ſunt perbreuium harum uocum ſententiæ per/
ſcrutemur. Quis nam is eſt qui nos alloquitur animaduertamus oportet. Nam
ſi cor auctoris altum ob mentis imbecillitatem noſtræ non attingamus: at fidei
mentem adhibentes/dignitatiq; differentes: ad aſſentiendum ſis ſponte: quæ di/
cta ſunt adducemur. Moyſes igitur is eſt: qui cōmentationem hanc ſcripſit. Moy
ſes ille: qui teſtimonio habitus eſt apud deum urbanus eſſe: cum adhuc infans
eſſet: ac alimentum ſuggeret primum. Quem Pharaonis filia adoptauit: regioq;
modo ſapientibus ægyptiorum adhibitus præceptoribus / educauit/ac erudiuit:
Qui tyrannidis aſpernatus faſtum: humilitatemq; gentis: nationiſq; ſuæ cōple/
xus erumnas illas populi dei calamitateſq; ſubire maluit: q̄ breui tempore peccā
do uoluptate potiri. Qui ſūmo amore: ſuapte natura iuſtitiā pſequutus eſt ſem/
per ac æquitatem: ubi & antea q̄ principatus ipſi populi: magiſtratuſq; traditus
eſſet: ad necem uſq; nimirum ob improbitatis odium inſitum ipſius naturæ: ma
los puniſſe uicioſoſq; uidetur; Qui ab iis eſt expulſus: in quos ipſe beneficia cō/
tulit: & ægypti quidem libenti animo tumultus reliquit. Ad æthiopium autem
uſq; profectus: ibiq; ocium nactus/totos quadraginta annos contēplationi reg
indulſit: Qui natus iam annos. lxxx. deum uidit quo ad homo uidere pōt: Im/
mo uero: ut ceterorum contigit nemini teſte deo. Siquis dicente fuerit inter uos
propheta domini: in uiſione uidebor ei/uel per ſomnum eum alloquar. Ad nō
talis eſt. ſeruus meus Moyſes. Qui in tota mea domo fideliſſimus eſt ore ad os
ipſum alloquar/in forma palam & nō per ſerpos. Is igitur qui deum æque/atq;

Angeli ipſa facie uidit:hæc ex iis nobis refert:quæ ab ipſo deo percepit/ac audi/uit. Audiamus igitur ueritatis uerba/non ab humana ſapiētia/ ſed a ſpiritus ſancti uera doctrina prolata/quæ non ab auditoribus laudem : atq; plauſum expetunt: Sed eorum qui docentur ſalutem affectant. In principio fecit Deus cœlum & terram:comprimit:ſiſtitq; linguam/orationemq; meam admiratione mētis. Quid primum dicam? Vnde exordiar? externorum ne ſapientum uanitatem redarguam/an ueritatem noſtram laudibus efferam? Complura de rerum natura ſapientes externi diſſeruerunt:& nulla prorſus apud illos ratio: nulla ſententia fixa/ſtabilis:immobiliſq; permanſit/poſteriore ſemper antecedentem eiciente:atq; a deo/ut opus nobis non ſit opiniones illorum euertere:quippe cum ſatis ab illis uti diximus ſint euerſe: Qui nanq; deum ignorauerunt / ii mentis compotem cauſam ortui rerum præeſſe non conceſſerunt. Sed ea quæ deinceps emergere uidentur/ad ſuam illa accommodata primam ignorationem in medium attulerunt/ac concluſerunt / Quam obrem/quidam ad materiales ſuppoſitiones confugierunt: Vniuerſiſq; cauſam ad elementa mundi redegerunt / atq; accommodarunt. Quidam indiuidua expertiaque Corpora partium: & moles: atque meatus rerum earum omnium. quæ conſpiciuntur continere naturam aſſeruerunt:& ortus occaſuſq; concurſionibus / ſemotionibuſq; corpuſculorum illorum partibus uacantium fieri: Validioremq; connexionem eorundem diuturniorum corporum durationis cauſam eſſe: Stamen aranei qui hæc ſcribunt profecto texunt. qui talia tam temere de mundo effutiunt: qui per tenues adeo cauſas/exiguaq; principia cœli/terræq; mariſq; ſupponunt: quæq; in ratione rerum'eſſe non poſſunt. Non enim dicere ſciuerunt. In principio fecit Deus cœlum:& terram. Quapropter ſine gubernatione ulla prorſus adminiſtrationeq; hoc uniuerſum eſſe ferriq; caſu/fortunaq; putarunt / ſua opinione propria ſane decepti/qua deum eſſe negabant. In quod abſurdum ne nos incidamus: is qui rerum effectionem mundiq; conſcripſit:in primis continuo uerbis ipſius dei nomine noſtram illuſtrauit mentem hoc exorſus modo: In principio fecit Deus cœlum:& terram:Pulcher orationis profecto eſt ordo:principium in primis poſuit/ne mundum aliqui principio carere arbitrarentur. Deinde addidit fecit/ Vt ipſe mundus effectus minima pars uirium opificis oſtendatur. Nam ut cum ab eadem arte figulus uaſcula mille finxiſſet/neq; artem/neq; uires abſumpſit/ ſic & huius opifex uniuerſi non ad unum mundum procreandum accommodatam potentiam habens/ſed in infinitum exuperantem rerum earum omnium: quæ ſpectantur magnitudine:ſolo ſane uoluntatis momento creauit. Quod ſi principio mundus non'careat / factuſq; ſit:querere uelis / inueſtigareq; / quis eſt qui

principium ipſi preſtitit & quis nam eſt ipſius affector? Quin potius ne rationi-
bus fortaſſe noſtris queritantes/cogitationibuſq; humanis/a uia recta/ueritateq;
exorbitemus/ac noſtros animos doctrina Moyſes ipſe preoccupauit/dei precio-
ſiſſimo nomine/perinde atq; imagine ſigillo/munimẽtoq; quodam in ipſos im
preſſo: In principio dicendo fecit deus celum: & terram. Natura ipſa beata abun
dans infinitaq; bonitas/id quod cunctis iis eſt cariſſimum: quæ prædicta ſunt ra
tione: pulchritudo ſummę deſiderabilis. principium eorum: quæ ſunt omnium:
fons: origoq; uitę: lux accommodatiſſima menti: immenſa ſapientia dei: hic in
principio Cœlum: terramq; fecit. Noli igitur homo res eas: quæ cernuntur prin
cipio carere putare: neq; propterea quod in orbem cęli/circumq; feruntur: orbiſ-
q; principium noſtro facile ſenſu capi non poteſt: corporum eorum que uerſan-
tur naturam carere principio arbitrare. Neq; enim hic orbis: plana inquam ea fi-
gura/que linea una circundatur Si noſtrum defugit ſenſum: & neq; id unde in-
cipit/neq; id in quod deſinit inuenire poſſumus: iam & principio ſupponere ca-
rere ipſum debemus. Sed & ſi ſenſum id fugit re uera tamen is ab aliquo puncto
cepit: qui centro: ac interuallo quodam ipſum deſcripſit. Sic & tibi non ſi in ſe ip
ſa uerſantur ea corpora/quæ in orbem motu cientur: motionis ipſorum equabi-
litas nullaq; prorſus intercidente quiete continuatio errorem illum imprimat: at
q; relinquat: mundum inquam principio/fineq; carere. Trãſit enim huiuſcemo-
di figura: & cælum preteribit/& terra opinionum ſentẽtiarumq; predictio de cõ
ſumatione/deq; mundi mutatione/Sunt ea ſane: que nunc per paucis tradita ſũt
ab ea doctrina/quę a deo ĩpirata eſt, In principio deus fecit celum: & terrã: Que
tempore ceperunt eſſe: tempore quoq; deſinant/ac finiantur neceſſe eſt: & ſi tem-
poris initium habent noli dubitare de fine: facultates metiendi dimenſiões: uiæ
docendi numeros: rationeſq;: tractationes de ſolidis/ipſa deniq; peruulgata ſtel-
larum ſcientia: negotioſiſſima uanitas/ad quem quæſo pergunt proficiſcunturq;
finem. Si qui in his ipſis ſtudio indulſerunt: hunc quoq; mundum qui cernitur
æternum eſſe perinde: atq; deum ipſum opificem/omnium rerum creatoremq;
putarunt/ad eandem opinionem/porro conditionemq; definitum ipſum mate-
rialiq; corpore præditum reducentes/quæ nature ſoli tribuenda ei: que compre-
hendi/conſpiciq; minime poteſt. neq; tantum animaduertere potuerunt: cuius
partes corruptioni/mutationiq; ſubiiciuntur/id quoq; totum eaſdem affectiões
quibus & ipſe partes afficiuntur ſubire tandem neceſſarium eſſe. Sed adeo ſuis
cogitationibus uani ſunt facti: adeo tenebris cor eorum imprudens affectum eſt:
adeo deniq; ſeſe ſapientes eſſe dicentes ſtulti ſunt facti/ ut cœlum partim ab æter

no una cum deo eſſe:partim deum eſſe principio/fineq́ carentem aſſerant: ſingulatũq́ partium adminiſtrationes cauſam eſſe. Locuplex iſta profecto ſapientia mundi:pœnas ipſis aſperas olim accumulabit: quippe Qui cum adeo uanis in rebus acute perſpicerent in apprehendenda ueritate ſuapte ſponte ſunt obcecati. Atq́ qui ſtellarum interualla ſpatiaq́ permetiuntur: & eas ſtellas quæ ſemper conſpiciuntur ſeptentrionaleſq́ aſſignant:eas quæ in auſtrali polo ſitum obtinent nonnullis hominibus eſſe notas aſſerunt:nobis ıgnotas tum aquiloniam latitudinem/orbemq́ ſigniferum mille ſpaciis ſecant: & regreſſiones ſyderum: ſtationes/declinationes / omniumq́ precipuam motionem quanto deniq́ tempore ſuum quæq́ ſtellarum errantium curſum peragit exactiſſime: reditionemque conficit/obſeruarunt/unam ex omnibus uiam rationemq́ non inuenerunt/ qua deum opificem uniuerſi:iuſtumq́ iudicem eſſe:pro dignitate eorum / quæ acta ſunt in uita remunerationem tribuentem animaduertiſſent/ atq́ nouiſſent: conſumationiſq́ ſententiam: quę rationem omnino ſequitur iudicii percepiſſent: commutatum inquam iri neceſſario mundum: ſi ſtatus animarum ad aliam uitæ ſit formam mutandus / Nam uti uita preſens affirmem. huiuſce mundi naturam obtinuit/ita futurus etiam animarum noſtrarum uiuendi modus: accomodatum exitum ſuo ſtatui ſortietur. Hli uero adeo ab his abhorrere uidentur:& mentem his uti ueris adhibere non patiuntur/ut cum de conſumatione nô huiuſce mondi regenerationeq́ diſſerimus:latum quoq́ riſum in nos effundere ſoleant. At qui cum principium/ea quæ prodeunt ab ipſo natura præcedere uideatur:de his differens ipſe Moyſes:quæ in tempore ſunt / hanc neceſſario uocem præceteris protulit:in principio inquam fecit. Erat enim quid ut uidetur: & ante hunc mundum quod mente quidem perſpici poteſt: omiſſus eſt autem:neq́ de ipſo quicquam eſt dictum/ob mentis eorum qui initiantur inhabilitatem: ſuntq́ adhuc in huiuſcemodi rebus percipiendis infantes. Erat quidam uetuſtior ortu mundi ſtatus/ad eſſentias eas accommodatas: quæ preſtabiliores ſunt mundo/tempus nimirum exuperans/ eternus: perpetuus. Creaturas autem in ipſo rerum omnium opifex procreauit. Lucem intelligibilem ad eorum qui deum amant beatitudinem accommodatam/ipſas ratione preditas/inuiſibileſque naturas:& omnem intelligibilium rerum ornatum / quotquot noſtræ mentis exuperant uires:quorum neque nomina poſſumus inuenire hec inuiſibilis ipſius mundi ſubſtantiam complent/quemadmodum nos Diuus Paulus docet. In ipſo dicens omnia condita ſunt/ſiue uiſibilia/ſiue inuiſibilia/ ſiue Throni/ſiue Dominationes/ſiue Principatus/ſiue Poteſtates/ſiue Potentię/ ſiue

Angelorum exercitus/ſiue Archangelorum etiam præfecture. Cum autem: & mundum hunc eorum quæ ſunt ingredi numerum oporteret: precipue quidem eruditionis animarum omnium doctrineq; locum: ac domicilium: deinde tamē: & omnium eorum omnino quæ oriuntur: & occidunt accomodatiſſimum diuerſorium/una cum ipſo mundo/temporis quoq; curriculum/tam animalibus/ quam ſtirpibus/omnibuſq; omnino partibus ipſius inſitum exortum eſt / accedens ſemper atq; decedens: & nunquam ceſſans a talis curſus conditione/ an talis quæſo natura temporis non eſt/cuius tranſactum quidem euanuit / futurum autem nondum adeſt: & preſens antea quam noſcatur ſenſum fugitatq; dilabitur/ Talem ſane quandam: & eorum quæ ſunt orta conſtat eſſe naturam: quippe quæ aut incrementa/aut decrementa ſuſcipiunt/fixionem autem/ſtabilitatemq; nullam/aut pertenuem obtinent. par igitur erat animalium corpora ſtirpiumq;/quaſi cuidam profluenti neceſſario alligata / agitationiq; motionis obnoxia: qua nimirum ad ortum/occaſumq; pergitur/a temporis ipſius contineri natura: conditio: cuius iis eſt propinqua: quæ commutationi ſubiiciuntur. Hinc haud incongrue Moyſes qui ſapienter ortum mundi nos docet/hoc pacto de ipſo ſermonem aggreſſus eſt in principio fecit: ideſt in eo principio quod eſt tempori tribuendum. Non enim in principio mundum factum fuiſſe dicit/ortu res omnis eas aſſerens ipſum præcedere/quæ a deo ſunt facte. Sed poſt eas res/ que non aſpectu. Sed mente percipiuntur/rerum iſtarum quas cernimus ſenſuq; omnino percipimus ortus principium narrat. Dicitur itaq; principium. ipſa motio prima quo pacto uitę probe principium eſſe dicitur agere iuſta/ Nam a iuſtis actionibus primum ad beatam mouemur/atq; proficimur uitam. Dicitur item & id unde fit quippiam cum uti cauſa quedam ieſt in ipſo: quale quid eſt in edibus fundamentum/& in nauigio carina: Quo pacto dictum eſt principium ſapientię timor domini: Eſt enim ipſe metus ueluti fundamentum ad perfectionem ipſam ſumendam. Eſt preterea principium: & artificioſorum operū ars/ut Beſeleelis ſapientiam ornatus tabernaculi principium eſſe conſtat: principium inſuper actuum ſepenumero dicitur ipſe finis eorum quæ fiunt: atq; aguntur. Vt beneficentia: miſericordieq; principium dicitur acceptatio dei/omniſq; actionis eius omnino quæ prouenit a uirtute: finis is qui ſtudioſis ſanctiſq; promittitur. Cum hæc ſint / totque modis principium dici ſoleat: conſideres uelim / ſi non omnibus accommodari uox preſens poſſit. Nam diſcere ſane potes quonam tēpore cepit ortus huiuſce mundi/ſi hoc ex tempore pñti regrediens dié extructiōis primum

Beſelcelis.

tandem offendere mundi contenderis. Inueneris enim hoc pacto / unde prima tempori motio eſt exorta: Deinde cęlum: & terram ante totius extrutionem uniuerſi quaſi fundamenta iacta fuiſſe præterea quandam artificioſam eſſe ratiõem/ a qua prodiit omnis earum rerum/quæ conſpiciuntur ornatus. Deniq; uocem ipſam principii / non temere/ non fruſtra / ſed ad aliquem finem conducentem utilitatemq; rerum non mediocrem innuere / demonſtrareq; mundum excogitatum fuiſſe ſi ſine dubio ratione preditis animis eruditionis eſt diuerſorium. facultatiſq; domicilium eius qua deus noſcitur: menti modum / uiamq; preſtans per ea quę conſpiciuntur ſenſuiq; ſeſe offerunt/ad eas res contemplandas / quæ uiſu cerni minime poſſunt/ Vt & ipſe diuus Apoſtolus aſſerit: Inuiſibilia dicẽs ipſius a creatura mundi per ea: quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. At enim ob temporis etiam actus fortaſſe creandi uacuitatem: dictum eſt in principio fecit: quippe cum partibus ipſum principium careat: demenſionumque ſit expers: Nam uti uię principium nondum eſt uia: & domus principium pari modo domus non eſt/ Sic temporis quoq; principium nondum eſt tempus quin neque minima pars ipſius eſſe uidetur. Quod ſi quiſpiam contendendo temporis principium tempus dixerit eſſe: non ignoret oportet ſeſe diuiſurum ipſum in temporis eſſe partes in principium inquam medium atq; finem. Atq; principi concipere principium / mẽte per ridiculum eſſe. quiq; bipartito principium ſecat/cum duo nimirum principia pro uno facturum. immo uero complura ac infinita qppe cum id quod eſt diuiſum in alias ſemper partes ſit diuidendum. Vt igitur ut deus opifex mundum creare uoluit/uniuerſum ipſum extitiſſe continuo ſine tẽpore doceamur: dictum eſt: in principio fecit: Cuius interpretes alii dilucidius ſententiam explicantes: in ſumam deus fecit dixerunt / ideſt continuo atq; ſimul Sed de principio quidem ut perpauca de multis dicamus eouſq; ſit dictum. Cũ autem artes partim effectrices / partim actrices / partim contemplatrices dicantur & harum quidem finis ſit operatio mentis: & ſecundarum ipſa corporis agitatio quæ cum ceſſauerit: nihil ortum inde conſpicitur / nihil perſiſtens (ſaltationis.n. modulationiſq; nullus eſt finis/ſed ipſamet in ſeipſam deſinit operatio) effectricium autem poſt operationem extet: quid & permaneat opus/ ut ædificandi facultates: excutiendi/texendi ceterarumq; ſimilium: in quibus etiam ſi non aſſit Artifex ſatis præ ſeſe rationes ipſas artificioſas opera fuerunt/ ac ædificatiorem admiratione tibi operis aſpectu licet afficere: & excuſſorem/item atque textorẽ ut artificioſum opus eſſe mũdus ãte oculos oĩum poſitũ demõſtret: quo p ipm ei⁹ ſapiẽtia/q fecit ipſum percipiatur/nulla prorſus alia/q̃ hac uoce de ipſo/ſapiẽti-

ſimus Moyſes uſus eſt. In principio fecit Deus: non egit: non conſtituit: ſed fecit Et quia complures eorum qui mundum ab eterno ſimul eſſe cum deo ſunt opinati non ab ipſo factum eſſe: ſed quaſi uirium umbraculum ipſius eſſet. ſponte emerſiſſe ipſum aſſeruerunt: atq; cauſam quidem ipſius deum eſſe fatentur: cauſam tamen uoluntate non concurrente perinde atq; corpus umbræ / lucidumq; ſplendoris eſt cauſa / ideo talem errorem emendare propheta percupiens hæc exactiſſima uerba protulit: in principio fecit / Non ut ſit ipſi mundo cauſam preſtitit / Sed fecit ut bonus / quod utile eſt ut ſapiens quod pulcherrimum eſt / ut potentia preditus: quod maximum eſt: & omnino quaſi artificem ſane tibi deum / in ipſam rerum ſubſtantiam omnium ingreſſum: ac partes ſingulas inter ſeſe cōiungentem: atq; accommodantem / conſentaneumq; ſibi conſonumque totum uniuerſum efficientem oſtendit. In principio fecit Deus cœlum: & terram: Ex duobus extremis: uniuerſi ſane totius innuit ortum: cælo quidem primis ortus redditis partibus: terre uero ſecundis: Quicquid autem iſtorum medium eſt / id una cum ipſis omnino finibus exortum eſſe conſentaneum eſt rationi. Itaq; ſi nihil etiam de ceteris dixerit elementis igne inquam / aeræ / atq; aqua / tu te tamen ipſæ tua ſolertia mente capere uelis / primum quidem in cunctis immixta omnia eſſe / atq; in terra tam aquam: quam aerem / quam etiam ignem inueneris / ſi tam e / ſcilice quam e ferro / que ſuam originem e terra trahere conſtat ignis exiliat: frictionibuſue copioſus emergens eluceat / ubi dignum / id eſt etiam admiratione quonam pacto cum in ipſis corporibus ineſt ignis non officit cum egreſſus fuerit / ea quæ tunc ſeruabant ipſum abſumit / Aquæ uero naturā ipſis inſitam terræ uiſceribus ii demonſtrant qui Puteos confoſſa terra conficiunt / & aeris item naturam ipſi uapores quos ab humectata terra ſole tepefacta reſultare / ſurſumq; ferri conſpicimus. Deinde ſi cœlum natura locum ſuperum occupat / humus infimum optinet / propterea quod leuia cœlum ſuapte natura petunt / ad humum pondera ſuopte nutu feruntur aduerſanturq; ſibi mutuo maxime / ſuperus / inferuſq; locus: qui mentionem eorum fecit: quæ plurimum inter ſeſe ſuapte natura diſtant. eum: & ea profecto ſignificaſſe: ac innuiſſe quæ mediam inter illam Regionem occupant: atque implent: Quare ſingulorum enarrationem querere noli: Sed ea quæ ſilentio præterita ſunt: per ea quæ dicta / declarataque ſunt intelligere uelis. In principio fecit Deus Cœlum & terram. Inquiſitio de rerum aſſentiis / aut earum quas contemplamur / aut earum quæ ſenſibus noſtris obiiciuntur: longum profecto: atque a re propoſita ſeiunctum admodum interpretationi ſermonem affert / ut in exquirendis illis uerba longe plura reliquis ſint conſumenda / quæ de ſingulis eorum quæ

quęrimus dici poſſunt. Adde etiam/neq̧ quicq̄ ad extructiõem eccleſię tale ſtudium negotiumq̧ cõferre. Sed de ſubſtantia cœli ſatisfaciunt ea nobis quæ ad Heſaia profeta ſunt dicta/qui ſimplicibus uerbis naturam cęli ſatis apparuit cũ dixiſſet. Qui cęlum perinde atq̧ fumum conſtituit. Ideſt qui tenuem naturam non ſolidam atq̧ craſſam ad conſtituendam cœli ſubſtantiam fecit. De figura quoq̧ ſatis ſunt ea quæ idem ille dixit/dei gloriam enarrando: Qui cõſtituit ut fornicem cœlum: Hæc eadem: & de terra nobis ipſis conſulimus/non ipſius inq̄ nos: quenam ſit tandem eſſentia perſcrutari: neq̧ nos ipſos conterere/macerareq̧ cogitationibus in ipſo perquirendo ſubiecto: neq̧ naturam aliquam ſpoliatam nudam exturbatamq̧ qualitatibus querere/ſua qualitatibus ipſis ratione uacantem. Sed certo ſcire cuncta quibus eſt prodita: quæq̧ contẽplamur in ipſa ad eius rationem acomodari quippe cum ad eſſentiam ipſius pertineant/ In nihilum.n. omnino deſieris. Si ſingulas eas quas optinet qualitatẽs: enixus fueris auferre libera cogitatione/ Nam ſi nigredinem: ſi frigiditatem/ſi grauitatem/ ſi denſitatẽ ſi deniq̧ qualitates eas: quas ſibi guſtatus uendicat / aut ſi quas alias ineſſe terræ uidemus amoueris/nihil prorſus fuerit ipſum tibi ſubiectum. His igitur poſt habitis: nec illud te quęrere moneo: ſuper quonam uelut fundamento ſubiecto terra fundetur: atq̧ quieſcat: Et hoc enim pacto mẽs perturbabitur/ atq̧ deficiet ad nullum certum exitum/ſane finemq̧ cogitatione proficiſcente. Nam ſi latitudini terre ſubſtratum dixeris aerem eſſe/dubitaueris protinus certo ſcio quonam pacto per mollis illa natura laxa meatibuſq̧ referta pondere tanto compreſſa reſiſtit: atq̧ renititur/ Sed non colliſa reſilit: atq̧ diffunditur/nec ſuperas ſemper ad partis prementis cedit/ac undequaq̧ dilabitur. Sin aque rurſum tibi ſuppoſueris terræ ſubiectam eſſe naturam: hoc quoq̧ pacto profecto quæſieris. Cur p grauem denſumq̧ corpus non penetrat atq̧ ingreditur aquam: ſed a debiliore natura a deo pondere corpus exuperans detinetur: Inſuper ipſius etiam aquæ ſede ſine dubio perquiſieris: iterumq̧ dubitaueris cui nam corpori ſubſtanti renitentiq̧ ultimus ipſius inſidet fundus. Quod ſi corpus quippiam terra robuſtius prohibere ſuppoſueris/terram ne deorſum feratur: & illud itidem alicuius continuo corporis: aut iniurias ſimilis animaduerteris indigere/quod detineret ipſum: atq̧ arceret nec ad ima ſineret ruere: & ſi quippiam illi libera fictum cogitatione ſupponere poſſumus/ſedem illius iterum mens noſtra ſane fundamentumque quæret: atq; hoc pacto proficiſcentes in infinitum abibimus ſedibus / ac fundamentis inuentis: alia rurſum inſuper ſemper ſubiicientes deniq̧ quo plures eiuſmodi ſedes accumulamus eo maiorem afferre ſubducereq̧ uim reiutendi cogimur/ad totam illam molem impoſitam ſuſtinendam: Quamobrem modumq̧

ſineſq; ponere menti uelis/ne tuam nimiam inueſtigationem qua perſcrutaris ea quę comprehendi minime poſſunt: Iobis ſententia carpat / interrogatuſq; ab eo tu quoq; fueris/ſuper quo telluris orbes firmati ſunt:fixiq; ſi noſti: Atq; ſi in Pſalmis audieris unquam: Ego firmaui columnas ipſius:uim eam qua continetur/atq; ſtabilis eſt dictam eſſe columnas puta: Nam illud: Super maria inquam fundauit eam/nil aliud plane/quam undiq; terram / aquæ natura circumfuſam eſſe ſignificat: At cum fluida ſit inquies aqua:atq; loca/preceps/infera ſuapte natura petere ſoleat: Cur quæſo ſublimis manet: & non cadit/non defluit? At terrã etiam ſeipſa ſuſpenſam atq; pendentem ipſe non animaduertis eandem / immo uero maiorem dubitationem afferre quippe cum longe grauior ſit aqua natura? Verum ſiue per ſe ipſam conſiſtere conceſſerimus terram/ſiue ſuper aquis ſtabilitam eſſe dixerimus non diſcedamus unquam a religionis ſanctæ noſtræ ſententia:ſed a Creatoris omnis uniuerſi partis potentia contineri fateamur neceſſe eſt: Hæc igitur & nobis ipſis dicamus & iis qui nos percontantur / cui nam corpori ueluti ſubiecto fundamento tam immenſum/ hoc intollerabileq; terræ pondus innititur/reſpondeamus oportet. In Dei manus fines ſunt terræ. Id nimirum: & nobis ad notitiam tutiſſimum eſt: & audientibus conducibile: Iam uero quidam interpretes naturę:terram immobilem perſiſtere tales etiam ob cauſas aſſerunt: Nam ipſam neceſſario manere dicunt/in eodemq; ſemper perſiſtere loco/propterea quod regionem uniuerſi mediam occupat: nec ei conceditur ob interuallum undiq; par inter ipſam atq; extremum:quonam ſeſe potius flecteret/quippe cum omni ex parte circundans ſimilitudo/momentum ad aliquem aſſequendum ei motione locum auferat/medium autem locum non libidine/non forte fortuna non caſu terram occupare dicunt: Sed naturalem hanc eſſe neceſſariamq; terre poſitionem. Nam cum locum uerſus ſupera cœleſte corpus extremum obtineat quæ nos inquiunt inde cadere ſuppoſuerimus atq; ruere pondera:ea ſuopte nutu medium undiq; petent/ad ipſumq; ferentur:atq; concurrent: At ad quod cuiuſpiam partes ſuapte natura feruntur / ad id & totum ipſum itidem feretur: ac ipelletꝰ: Quod ſi glebe/ſi lapides/ſi ligna/ſi res oẽs oĩno terrę/ad iferã ſuopte momẽto locũ mouenṫ ibiq; qeſcũt/hæc eadẽ ẽt: & toti ſane ꝓpria fuerit accomodata ꝗ poſitio terræ/ Eníuero ſi qđ leuitate ꝑditũ corpus ſuapte natura motu ciebiṫ/ id a medio mũdi ſupa loca ꝓculdubio petet/ Quare cõſtat cũ põderibus grauiſſimiſq; corpibus ꝓpriũ eẽ motũ quo ifera loca petanṫ: At uniuerſi mediũ ifeꝝ eẽ locũ nr̃a iã orõ demõſtrauit: Noli itaq; mirari ſi terra ſtabilis ẽ/neq; excipit ꝗppe ꝗ mediũ ipm̃ occupet uniuerſi:locũ accõmodatiſſimum ſibi natura: omnino.n.

aut manere ipſam eo in loco natura quieſcereꝗ oportet/aut ſi motu ciatur præ/
ter naturam egredi a ſua propria dimoueriꝗ ſede neceſſe eſt.Si quid eorum que
dicta ſunt:probabile tibi / ueriꝗ ſimile uideatur ad Architecti Dei ſapientiam:
que res omnis ita inſtituit/atꝗ diſpoſuit:admirationem redigere transferreꝗ ne
lis:Non enim admiratio/quæ pro maximis rebus emergit cum modus ob quē
fit aliquid admirabile fuerit inuentus imminui ſolet / Sin minus at ſimplicitas
fidei ualidior t bi ſit rationalis demonſtrationibus facultatis/Hæc eadem de cœ/
li quoꝗ natura dixerimus:Complures enim uarieꝗ ſapientum mundi ſenten/
tie de celi natura fuere. Quidam enim quatuor ex elemētis ipſum conſtare dixe
runt/;quippe cum tangi poſſit:atꝗ conſpiciatur:& terræ quidem ſoliditatis ratio
nem ignis autem ob aſpectum:& ceterorum mixtionis cauſa particeps eſſe/ Qui
dam hac opinione ueluti non probabili poſt habita/repulſaꝗ quintam quādam
naturam corporis ad Cœlum conſtituendum ex ſeſe/atꝗ a ſe ipſis exaratam in
rationem rerum introduxerunt:Eſtꝗ qui apud eos ipſum ætheris corpus/quod
nec ignis eſt ut inquiunt/nec aer/nec terra / nec aqua / nec omnino quid unum
ipſorum ſimplicium corporum/propterea quod ſimplicibus quidem rectus mo
dus accommodatur:leuia nanꝗ ſupera/ grauia infera loca petunt / Cœlum au/
tem uerſatur cōuerſioneꝗ mouet̄ :& neꝗ motio qua rurſum pergitur/aut deor
ſum idem eſt quod conuerſio:& magna intereſt inter motionem rectam / ac ip/
ſam conuerſionem/Atꝗ quorum naturales diuerſe ſunt motiones/eorum diuer
ſas ut aiunt /;& eſſentias eſſe neceſſe eſt: At neꝗ ſupponere poſſumus / ex pri/
mis corporibus:quæ quidem:& elementa uocamus Cœlum conſtare/ propterea
ꝗ ea corpora:quæ compoſita ſunt ex diuerſis æquabili motione / uiꝗ uiolenta
carente moueri non poſſunt/cum ſingulis ſimplicibus quæ in ipſis inſunt com/
poſitis:aliud alii momentum competat ſuapte natura: Quo circa res compoſite
cum continue motu cientur / obnoxie ſunt labori : Quippe cum unus motus
omnibus contrariis accommodatus/atꝗ amicus eſſe non poſſit/ Sed qui leui rei
conuenit grauiſſime aduerſetur/Nam cum ad ſupera nos mouemur / terrea na/
tura tum premimur cum infera petimus uim tum infermius igni/ deorſum con
tra naturam ipſum trahentes / Elementorum autem ad contraria loca diſtractio
cauſa profecto fit diſſolutionis . Quid enim cogitur preterꝗ naturam uix cum
uiolentiaꝗ reſiſtit:id omne cito admodum in ea diſſolui nimirum ex quibus cō
ſtitit ſolet/uno quoꝗ cōponētium in locum in locū ꝓprium redeūte/ ob has ita
ꝗ rōnum/ut aiūt neceſſitates/maioꝝ ſuoꝝ rationibus ſentētiiſꝗ poſt habitis:no
uam ſuā opinionem ii peculiareꝗ ſententiam attulerunt:qui quintam quādam

corporis eſſentiam ad cœlum gignendum ſyderaq; conſtituenda ſuppoſuerunt/ Ecce aũt alius quidam eorum: qui in probabilibus afferendis rationibus uigent exurgit/opinatiõiſq; iſtius auctoris aggreſſus/illa quidem omnia diluit/atq; diſſoluit propriam autem: & ipſe de cælo ſententiam a ſe fictam in medium attulit De quibus ſi nunc dicere aggrediamur/in nugas ſane perinde atq; illi: locutõem q; ſuperuacaneã incideremus: Sed illos quidem inter ſeſe contendere dimicare/ atq; ita uinci deiiciq; nos cõmittamus/De telluris autem eſſentia celiq; ſermone poſt habito fideq; adhibita Moyſi diuo deum / Cœlum & terram feciſſe dicenti optimum illum ſumumq; architectum: qui ſapienter exactiſſimaq; cum arte/ res omnes extruxit/atq; creauit: admiratione gloriaq; perinde uti decet afficiamus/ deniq; tum a rerum earum pulchritudine que cõſpiciuntur/ illum pulcherrimũ opificem animaduertamus/Tum aſſenſibilium horum diffinitorumq; corpoꝝ magnitudine immenſum illum/ac infinitum/omnemq; mentem in copia ſuaꝝ concipienda uirium exuperantem excogitemus/Nam & ſi naturam eorum que facta ſunt ignoramus/id tamen omne quod ſenſibus confuſe noſtris obiicitur/ adeo mirum eſt adeo magnas excitat admirationes/ut & ſtrenuiſſima queq; mẽs longe inferior etiam eorum que ſunt in mundo minimo uideatur in eo digne percipiendo: ac pertractando: aut in debitis abſoluendis illius grã laudibus Creatori: Quem omnis gloria decet in ſecula ſeculorum.

TERRA AVTEM INVISIBILIS ERAT AC INEXTRVCTA

MORA per paucis in uerbis a primo diluculo tracta/ tãtam in illis occultam inuenimus ſententiaꝝ profunditatem/ut de iis: quę deinceps ſequuntur penitus deſperemus. Nam ſi ſanctoꝝ atria talia ſunt: & templi ueſtibula a deo glorioſa ſunt/a deo faſtu ſuperba/ut exuperatione ſue pulchritudinis ueluti fulgetrix oculos noſtre mentis exagitent qualia q̃ſo ſunt ipſa ſctã ſanctoꝝ & quis a deo ſeſe ſufficiẽtem exiſtimat/ut cõclaue ipſum penitiſſimaſq; ædes audeat ingredi? aut quiſnam ſecreta illa atq; archana conſpexerit? Nã & cõſpectus illorum impoſſibilis eſſe uidetur: & rationis eorum interpretatio: quę intellecta ſunt: non niſi ſumma cum difficultate fieri poteſt: Verum cum apud ipſum iudicem iuſtum: pro ſolo quoq; uoluntatis ad res bonas agendas decenteſq; momento definite ſint/haud deſpiciende mercedes: non deſiſtamus ab incepta propoſitarum inueſtigatione rerum oportet: Nam tam & ſi rerum attingere dignitatem minime poſſumus ſi tamen a ſcripture uoluntate ſententiaq; ſpiritus ſubſidio ſancti nõ aberrabimus: & ipſi profecto nõ abiecti penitus iudicabimur

& Eccleſia Dei non nihil extructionis ſue per nos diuina concurrente gratia cō
ſequetur: Terra autem inuiſibilis erat/ac inextructa. Cur utriuſq; tam cœlo q̄ ter
ra æque ſine diſcrimine factis/celum quidem exactum eſt/ ortum atq; perfectū/
terra autem adhuc imperfecta/atq; inculta? Quid preterea ſit id quod dicitur in
extructum terram? & quam ob cauſam ipſa tellus inuiſibilis erat? Eſt igitur ex
tructio telluris exacta atq; perfecta: fertilitas ea quæ ab ipſa met exorit: atq; emer
git. ſtirpium omnis generis germinatiōis: Arborum altiſſimarum: tam fructuo
ſarum q̄ haud fructuoſaꝝ proceritates: florum diuerſi uariiq; colores: atq; odo
res ſuaues: ceteraq; omnia quæ paulopoſt exorta præcepto dei ſuam ſunt conde
coratura parentem. Quorum cum nondum quicq̄ exiſteret/in extructam oratio
terram haud immerito nuncupauit/Eadem probe de cęlo quoq; dixerimus: Et
ipſum. n. nondum expolitum eſt. neq; ſuum proprium obtinuit ornamentum
quippe quod nondum a luna ſoleq; illuſtretur/aut ceteris ſtellis tanquam ſertis
ſit redimitum. Itaq; non aberraueris ſane/ſi celum etiam dixeris inextructum/At
qui duas terram ob cauſas inuiſibilem dixit/aut quia nondum erat ſpectator ip
ſius homo/aut ꝙ cerni non poterat cum obruta fluitantibus aquis eſſet. Nondū
enim erant aggregate ſuis in locis aquæ/quas deus rum aggregaſſet maria nun
cupauit/Enimuero cum inuiſibile dici ſoleat/tum id quod oculis corporis uide
ri non poteſt qualis eſt mens humana/tum id quod natura quidem eiſdem cō
ſpici poteſt obiectu tamen corporis ocultatur/ut ferrum/ut ſaxum/quod in alto
gurgite iacet: hoc modo ſecundo nunc inuiſibilem terram dictam eſſe putamus
aquea natura uelatam. Adde tamen & lucem nondum exortam fuiſſe abſentia
cuius haud mirum uidetur: ſitam in media mūdi parte tellurem/ inuiſibilem ob
id ipſum etiam a ſcriptura fuiſſe dictam/quod aer undiq; circa ipſam diffuſus lu
ce careret/ſed ueritatis depreuatores non ſuam ſcripturæ mentem accomodan
tes ſed ad ſuam uoluntatem mentem ſcripturarum ſententiamq; trahentes/ ac p
uertentes materiam hiſce uerbis innui dicunt: Hæc eſt enim: & inuiſibilis inqui
unt: & inextructa ſuapte natura quippe cum omni ꝓrſus qualitate ſua careat ra
tione: atq; ab omni penitus forma figuraq; ſit ſeparata: Quam opifex uniuerſi
ſumptam informauit in ordinemq; redegit: atq; ita per ipſam rerum earum om
nium: quæ conſpiciuntur eſſentias fecit. Si igitur hæc ingenita ſit/ nec ulla pror
ſus ipſius extet origo primum quidem honores ei tribuendi ſunt/iidem qui deo
tribui ſolēt/ſi primas eaſdem ptes obtinere cenſet. Quo qd abſurdius? qd magis
impiū fieri pōt: eā inq̄ ipſam que qualitatis oīs eſt expers: que forma penitus oī
caret: que informitas eſt extrema: que informis eſt turpitudo: uerbis. n. eiſdē utor
q̄bus illi naturā ipſius explicare conant/eodem ſtatu ſupremo/quē ſapiēs & po

tens: & formoſiſſimus opifex creatorq; rerum omnium ſibi ſuo iure optimo uēdicauit/dignam eſſe exiſtimare: Deinde ſi tante ſit quantitatis ut totam ſuſcipiat ſcientiam dei/hoc quoq; pacto ſubſtantiā ipſius æqualē aliquo modo inueſtigabili dei potētie/facultatiq; opponūt: ſi dei ſeſe prudentiā totā/ipſam / facultatēq; metiri poſſit. Sin minor ſit operatione diuina hoc etiam ſane pacto in abſurdius longe pactum maledictum in deum/hæc ipſoꝝ ſentētia uertetur ac incidet ocioſum detinentiū ipm̄ deum: ac actione ſuoꝝ operum: creatiōe ue propter materię defectionem uacantem: At.n. humane paupertas inopiaq; natura illos decepiſſe profecto uidetur: Atq; qm̄ humanis in rebus ſingulę artes in aliqua materia definite uerſantur: ut excuſſoria qdem facultas in ferro: fabrilis aūt/in lignis: atq; in his ipſis aliud qd eſt ipm̄ ſubiectum/aliud forma/aliud itē id quod / ex ſubiecto formaq; cōficit/& materia foris aſſumit forma accōmodat ab arte: efficit aūt id quod ex utriſq; componit: ex materia inq̄: & forma ſic: & in opatiōe diuina creatiōeq; reꝝ uſu iā eueniſſe putarūt: mūdi qdem figuram: a creatoris allatā arte ſapiētiaq; fuiſſe: materiā aūt foris opifici ſubiectā fuiſſe: mūdum ipm̄ exhiſce cōpoſitū emerſiſſe: ſubiectū: & eſſentiam aliūde: figurā a deo/formāq; hn̄tem ex qbus ipſis euenire uidet iinficias qdē ire/maximū ipm̄ deū: auctorē eſſe cōſtitutionis mūdi: ortuiq; reꝝ preeſſe: quaſi uero cuiuſpiā totius: & ipſe ptem cōferret: in ortū reꝝ paruam cōtuliſſe quādam portiōem/ipm̄ aſſerere/Nec ob ingenii utilitatē/humileſq; cogitatiōes/ac rōnes: altitudinem/apicemq; ueritatis attigiſſe ſuſpexiſſeq; potuerūt: Nec animaduerterūt: hic qdem uſus nimirum neceſſitate: poſt ipſas materias artes inuētas/ac introductas in uitā fuiſſe: erat.n. antea uelus: texēdi poſt facultas ſequuta eſt: ſupplenda eā deffectiōis natura: & lignū itidem erat: ars aūt fabrilis ipm̄ occurrētis neceſſitatis uarię rationę ueluti ſibi materiā oblatam atq; ſubiectā informās: utilitatē uſumq; lignoꝝ oſtendit: nauitis Remū/ agricolis Aratrū/militibus haſtam p̄ſtādo / Deum aūt oīum reꝝ opificē anteaq̄ qcq̄ eoꝝ quę conſpiciunt exortū eſſet/uniuerſa mente cōcepiſſe: conceptaq; facere uoluiſſe/atq; qualē eſſe mundum oporteret intellexiſſe: & una cū forma ꝑtinus ipſius materiā accomodatā creaſſe/Atq; cęlo qdem eā p̄ſtitiſſe naturā: que cælum ipm̄ decebat: cōceptaq; facere uoluiſſe: atq; qualem eſſe mūdum oporteret intellexiſſe: & unā cū forma ꝑtinus ipſius materiam accomodatā creaſſe: atq; celo qdē eā pręſtitiſſe naturā: quæ celū ipm̄ decebat/figure aūt terre debitā cōuenientēq; ſubſtātiam ſubieciſſe/Ignē deniq; aerē: atq; aquā in ea quæ ſibi libuit redegiſſe figurā. in eſſentiāq; oīno cuncta deduxiſſe perinde atq; uniuſcuiuſq; ratio flagitabat. Mūdum preterea totum diſſimilibus conſtantem ex ptibus: & inter ſe diſſidētibus firmiſſimo quodam concordię uinculo colligaſſe/ac coniunxiſſe: adeoq;

in unam ſocietatem cō centumqꝫ conflaſſe/ut & ea quæ longiſſimo inter ſeſe in teruallo ſuapte natura diſtant unita miro conſenſu coniunctaqꝫ uideanť/proinde deſinat a fabuloſis hiſce figmentis: Hec eam potētiam que mentibus cōprehendi minime pōt:quæqꝫ uoce humana penitus ineſabilis eſt ſuapꝫ imbecillitate cogitationū/rationūqꝫ metiri uelint. Fecit deus cęlum: & terrā haud dimidia ex pte:ſed totum cęlum totāqꝫ tellurem: Ipſam inq̄ eſſentiam: materiā ſimul cum forma. Non.n.figurapꝫ inuentor eſt deus:ſed ipſius naturæ rerꝫ creator. Nāqꝫ reſpondeāt nobis quæſo quonam pacto cōgreſſe fuerunt inter ſeſe faciēdi dei potentia:& paciēdi materieri natura/hęc ſine forma ſubiectum pſtans: illa figurapꝫ ſcientiam habens facultatēqꝫ ſine materia:ut quod alteri deeſt / ab altero confeʀať/opifici qdem ut habeat/ubi ſuam artem oſtentet/materiei uero/ut informitatē deponat ac priuatiōemqꝫ forme: Sed de his hactenus: ad ea redeam unde digreſſi ſumus: Terra aūt inuiſibilis erat/ac inextructa Multa ſane poſt hęc/in principio inq̄ fecit deus cęlum:& terrā ſilentio preterea ſunt ignis:aer:aqua/ex his ipſis emergentes affectiones/quæ cūcta qdem uti mundi ptes una cū ipſo mundo ſunt orta omiſſa tū de induſtria ſunt:ut ad diſcurrēdum ſeſe nr̄ exerceat animus: ex pauciſqꝫ ueluti principiis: ea quæ reſtant agitatione ſua inferre pꝓpere ratione ſubductā poſſit/Itaqꝫ cum dcm̄ qdem nō eſſet: aquam deum feciſſe: dictum aūt eſſet inuiſibilem eſſe terram cogitare tute ipſe conſiderareqꝫ uelis. quo uelamine tellus operta nō uidebať/Hec igitur ignis operire poterat terram. Illuminare enī luciditateqꝫ potius ea corpora qbus eſt pn̄s:q̄ tenebris ignis afficere ſolet. Neqꝫ terræ tum aer erat uelamen: Eſt.n.aeris pertarea perſpicuaqꝫ natura/rerūqꝫ oium uiſibiliū ſuſcipiens formas:at cernentiū eas oculos:aſpectuſqꝫ tranſmittit/Reſtat ergo nos aquam intelilgere fluitare oportere:terręqꝫ ſuperficiem occupare ac tegere/nondum propriis in locis humoris ſubſtantia ſegregata: ex qbus perſpicuū eſſe conſtat: Terrā tum nō ſolum inuiſibilem/ſed in extructa etiā:atqꝫ uacuā eſſe quippe cum humoris exuperatio etiam nunc in gignendis ferendiſqꝫ fructibus: impedimēto terræ ſoleat eſſe: Idem igitur eſſe terrę tum cauſe conſtat: & ut non uidereť: & ut extructa nō eſſet ſi terræ ſit extructio proprius ornatus accomodatus ipſi natura: Segetes planis in Regionibus inundantes: prata per uireſcētia: copiaqꝫ florū uarietateqꝫ depicta: opace/denſe: frondoſeqꝫ ualles/Montiū deniqꝫ cacumina verticeſqꝫ ſiluis umbroſe. Quorꝫ nōdū qcq̄ ipſa tellus hēbat: ſed pturiebat qdē oīum ortū/eapꝫ plane uiriū rōneqꝫ cū crearet ab opifice ſibi fuerūt impſ ſa:opiebať aūt ydonea definitaqꝫ tēpora quo diuino pcepto cōceptus ſuos in lucē/ac fętus edat: Sed & tenebre dicit erāt ſup faciē abiſſi/ Alie rurſum hinc fabulapꝫ occaſiōes/ Alia figmētorꝫ pricipia magis/ac magis impiorꝫ emergūt / ad ſuas

nonnullis hoĩbus hæc opiniones proprias/ſenſaq; peruertentibus uerba/Tene-
bras.n.nõ ut ſunt ita interpretantur:aerem aliquẽ lucis expertem/aut locũ obie-
ctu corporis obũbratum/aut quacõq; cauſa carẽtem/Lumine locũ/ſed uim ma-
lam:q̃ potius ip̃m malũ inde a ſeſe principium atq; originẽ trahens / oppoſitũ
aduerſariũ contrariũq; bonitati diuine/tenebras ipſas interpretant̃: Nã ſi deus ẽ
lux eã uim:& potẽtiam que contra ip̃m militat/eiq; aduerſat̃:cõſtare dicũt ita ra
tione ſententię flagitante tenebras eſſe:Tenebras haud ab alio genitas/ ſed geni-
tum ac ortũ a ſeipſo malũ:Tenebras hoſtes aĩaꝝ mortis effectrices : Virtutis ad-
uerſarias:Quas & in rõne reꝝ eſſe:& nõ adeo prodiiſſe uerbis his ipſis prophetę
ſignificari dicunt:haud mediocriter aberrantes ex hoc itaq; figmẽto: quæ nã opi
nio perdita pernitioſa/deoq; repugnãs nõ exorta/nõ ficta eſt/Qui lupi pergra-
ues dei/diſſipantes diſtrahenteſq;/gregem/aĩas humanas ab hac tam praua uoce
principio ſumpto/nõ inuaſerũt:Nõ ualẽtini/ non Marciones hinc ſunt exortis
Nõ abhoĩabilis manicheoꝝ ſceleſtaq; ſecta/q̃ ſi quiſpiam peſtẽ eccleſię putredi-
nẽq; dixerit/ a ueritate nõ aberrauerit? Cur ita longe a ueritate diſcedis/ atq; ex-
orbitas homo? Cur exitii tibi cauſas excogitare quęrereq; pergis? Simplex ẽ hæc
oratio/atq; ab oĩbus cõprehendi facile põt:erat inuiſibilis ĩquit terra: Quam ob
cãm quæſo:q̃a circumfuſa undiq; erat abyſſo:Quid abyſſus ſignificat? Copio-
ſam aquã:exitus cuius/ac finis attingi nõ ſine difficultate uerſus infera põt / At
cõplura per tenuẽ aquam corpora ſepenumero nouimus pſpicuãq; uideri:Quã
obrem igitur aſpectui pars nulla prorſus ſeſe tunc offerre telluris:atq; ubiicere po
terat? Quia lumine carebat his aer:tenebriſq; totus affectus erat / qui totam nbi-
bat aquæ naturã.Radius.n.ſolis cum aquas penetrat Calculos infundo colloca
tos perſepe demonſtrat/pfunda uero in nocte nullo modo q̃ſq; ea quæ ſunt ſub
aqua cõſpicere põt:q̃ cũ ita ſint:luce clarius extat huiuſce ſentẽtiæ inuiſibilẽ inq̃
ẽẽ tellurẽ:rõnẽ id ẽẽ cõfirmatiõemq; qđ poſt affert̃:abyſſum inq̃ ẽẽ q̃ terrã occu
pabat atq; tegebat:& ip̃am lumine uacare tenebriſq; affectã ẽẽ:Neq; igr̃ abyſſus
oppoſitaꝝ facultatũ/ac uiriũ/ulla eſt multitudo/pinde ut q̃dam imaginati ſunt/
neq; tenebre principatus ſunt q̃dã in rõne reꝝ etq; potẽtia ſũmo cõtraria bono/
Nã ſi q̃ duo paribus ẽẽnt cõtraria uiribus:exitio ſibi mutuo nimirũ ẽẽnt:moleſti
aſq; cõtinuo ſibi mutuo nõ mediocres afferrẽt iter ipſa bello ppetuo pugnaq; ſi-
ne ullo fine/ſine ullis ĩdiciis ſp inſtãte:Quod ſi uiribus alteꝝ exuparet uictũ oĩo
cõficeret alteꝝ:atq; cõſumeret:q̃re ſi mali uires ſũmiq; bõi pares/inq̃ũt ẽẽ:ĩceſſa-
bile pfecto bellũ:alternã uictoriã ĩteritũq; cõtinuũ ĩtroducũt / ſin exuperat ſũmi
bõi potẽtia.Quid cãæ ẽ ut mali natura nõ funditus ſit ſublata/Sin qđ nephas ẽ
dicere miror quonã pacto ſeipſos ipſi nõ defugiũt/ad tã nefanda maledicta cõui

ciaqꝫ labentes. At neqꝫ tn̄ adeo malū ipſum profluxiſſe/indeqꝫ ortū habuiſſe credere rectum eſt.propterea quod nihil contrarioꝝ a cōtrario ſuo gignit᷑. Neqꝫ.n. uita mortē parere ſolet/neqꝫ tenebre lucis principiū eſt/neqꝫ ualitudinē morbus efficit unq̄ ſed in affectuū qdē mutatōibus e cōtrariis ad cōtraria/fit migratio/In generatiōe uero nō a cōtrariis:ſed ab iis q̄ genus idem ſubeūt ſingula quæ fiunt/ꝓficiſcunt᷑: At ſi nec ingenitū eſt inquies ip̄m malum/nec a deo profluxit/unde nam eſſentiā quæſo/unde naturā ſortitur᷑ Nam eoꝝ q uitæ humanæ participes ſunt:in eaqꝫ uerſant᷑ mala eē iſicias ierit nemo:Quid igitur eſt dicēdū:An malū ip̄m aſſeramus oportet:nō eſſentiam uiuentem animaqꝫ prẹditam eſſe ſed affectionem animę uirtuti contrariam a probitatis finibus lapſu nimirū in ipſis deſidioſis ac inertibus emergentem᷑ Noli itaqꝫ malū foris explorare atqꝫ inquirere Neqꝫ uetuſtā quādam naturā principem malignitatis imaginare/Sed mali ſui qſqꝫ uitiiqꝫ ſeip̄m auctorem/atqꝫ originem noſcat: Nā ſi ea quæ nobis eueniūt/partim a natura ꝓficiſcunt᷑/ut ſenectus:ut morbus/partim ſua ſponte ꝓueniūt:quales ſunt caſus ratione uacantes alienis principiis accidentes/aduerſaꝝ ſepenumero reꝝ/aut etiā ſecūdaꝝ ut inuētio Theſauri puteū fodienti/aut canis occurſatio rabidi ꝓficiſcentis in foꝝ:partim in nobis ipſis ſunt collata:ut cupiditatis ſuperare:uoluptatibus modū nō ponere:cōtinere iram/aut in eum imittere:qui iniuria laceſſiuit:uera dicere/aut falſa:moderatū/ac mediocrē moribus eſſe aut faſtu ſupbum arrogantiaqꝫ elatū:quorū tute ipſe dominus es:eorum principia nō aliunde querere uelis:Sed quod ꝓprie malū eſt id a uolūtate ſumpſiſſe: principiū electioneqꝫ ſcito/Nō eni ſi nobis inuitis euenirẹt: & ſitūqꝫ in nobis nō eſſet/tantus quodem a legibus metus iis qui iniuria afficiūt imineret:iudiciorū aūt ſupplicia peneqꝫ tā ideprecabiles eſſent:q̄ maleficis ꝓ meritis flugitiorū ſcelerūqꝫ definiunt᷑ Atqꝫ hec a nobis de ꝓprie malo ſint dicta:morbus.n.ignobilitas:pauꝑtas:mors:cæteraqꝫ id genus:haud ſane mala putāda ſunt:ꝓpea quod neqꝫ eaqꝫ iſtis aduerſant᷑:inter maxima bona Nos enumerare ſolemus:que qdem ꝑtim a natura prodeūt:partim nō ſine quoqꝫ cōmodo cū pluribus accidiſſe uident᷑:quæ cū ita ſint oī prorſus in p̄ñti p modos p aduētitios ſenſus interꝑtatiōe poſt habita tenebrarū ſimpliciter abſoluteqꝫ ſenſum nō curioſe ſcripture ſequētes uoluntatem ſuſcipiamus oportet: At.n.oratio qritat:ſunt ne tenebre cū mūdo ſimiliter exorte/antecedūt ne lucē antiqtate:Deniqꝫ cur id qđ eſt deterius anteceſſit᷑ Dicimus itaqꝫ uel aſcẹ tenebras:nō pinde atqꝫ ſubſtātiam extitiſſe ſed ut affectōem aeri priuatione luminis accidiſſe. Ad cuiuſnā is locus quæſo quē mūdus ambit ſubito luminis expers inuētus eſt ut eſſent tenebre ſup aquas᷑ An animaduertamus oportet ſi qd erat ante mūdi ſenſibus ſeſe obiciētis huiuſce/caduciqꝫ cōſtitutionem id in

lumine nimirũ eſſe:id in luce uerſari/Neq̨.n.angeloꝝ dignitates/ neq̨ cęleſtẽ exercitũ uniuerſum:neq̨ oĩno ſi q̃ naturæ ſunt pticipes rõnis / aut nomen ſortite: aut noĩe carẽtes ſpũſq̨ ſubminiſtrãtes in tenebris degere/uerſariq̨/ſed in hac cõmodatiſſima ſibiq̨ luce:letitiaq̨ ſpũali ſuũ ſtatũ hr̃e:cõſentaneũ eẽ rõni : Atq̨ his obtiterit nemo/nõ is ſaltẽ q ſup cœleſtẽ lucẽ inter bonoꝝ ꝓmiſſiões expectat De qua ſalamon ait. Lux iuſtis ſemp eſt pñs: Et apoſtolus Paulus/ Gr̃as agimus pr̃i:q nobis ſatisfecit in pte ſortis ſcõꝝ in luce:Et.n.ſi q cõdẽnant̃ in tenebras exteriores mittunt̃:q digne egerũt uolũtate diuina/eos in lumine ſup celeſti: ſuam hẽre regem cõſtat;Cũ igr̃ ortũ impio diuino cœlũ extẽſumq̨ ꝓtinus:ac circumactum amfractibus undiq̨ ſuis/ac ambitu:ea q̃ ſunt in ipſo cõplexũ eẽt:Corpus cõtinuũ obtinẽs/ ab externiſq̨ ſufficiẽs interna ſeiũgere cõprehẽſum a ſe locũ neceſſario carẽtem lumine reddidit/tenebriſq̨ affecit/externo interno ĩterciſo ſplẽdore/Nã ut ſit umbra:tria cõcurrant oportet lux:corpus obiectũ luci:locus luminis expers:Tenebre itaq̨ iã dicte ob corporis umbrã cœleſtis oborte ſũt : Atq̨ id qđ dicimus aptiſſimo plane exẽplo pceperis:ſi tibi meridie dẽſa ex materia tabernaculũ opacaue circũpoſueris ac in tenebris hoc exaratis modo teip̃m incluſeris tales & tenebras illas ſuppone tibi fuiſſe nõ primũ neq̨ de iduſtria ortas/ ſed res alias dicto modo ſequutas:Has aũt & ſup abiſſum eẽ ſcriptura dicit ppea qđ aeris fines/cũ corpoꝝ oĩum finibus ſupficieq̨ copularii atq̨ accõmodari ſuapte natura ſolẽt:A qua uero tũc fluitabat:oĩaq̨ tegebat Idcirco tenebras neceſſario dcm̃ eſt ſup abyſſi faciẽ eſſe:Et ſpũs Dei ferebat̃ ſup aq̃s/ſiue id dicat ſpm̃ diffuſionẽ inq̃ aeris naturã ſpirabilis ſuſcipe tibi Moyſem mũdi ſingulas ptes enumerãtẽ:fecit Deꝰ cęlũ & terrã:aq̃: aerẽ:& hũc:& fluẽtẽ/ptiſq̨ i oẽs ſeſe diffundẽtẽ. Siue qđ & uerius ẽ & a maioribus nr̃is ꝓbatũ ſpũs ſcũs ſpũs Dei ſit dictus ppea ꝙ obſeruatũ ẽ/talẽ de illo peculiari mõ ſcripturã ꝑcipueq̨ facere mẽtiõem:& nihil aliud Dei ſpiritum appellare:quam ipſum ſpiritum ſanctum:qui diuine beatiq̨ Trinitatis numerum complet:hanc quoq̨ ſententiam ſi conceſſeris : maiorem ex hac utilitatem /profecto fueris conſequutus . At quonam pacto dixeris ſuper aquas hic ferebatur:Equidem non meam tibi/Sed uiri cuiuſdam Syri ſententiam recenſebo : qui tantum a ſapientia mundi ſtabat:quanto uerarum ſcientiæ rerum propinquior erãt/Aiebat igitur ille Syrorum linguam indicatiorem eſſe : & ob affinitatem quam habet cum hebraica lingua: ſententias aliquo modo ſcripturarum magis attingere:Itaq̨ talem huiuſce dicti ſententiam eſſe dicebat : Verbum hoc:ferebatur:profouebat/uitalemq̨ fecunditatem:aquarum nature prebebat/ſumũt/atq̨ interpretantur incubantis auis effigie uimq̨ uitalẽ quãdã imprimẽtis in ea quæ ab ipſa fouent̃:Talem hãc uocem aſſerimus ſentẽtiam indicare

ſuper aquas inq̃ ſpiritum dei ferre/ideſt ad fecũditatem uitalem aquę naturã ſan
ctum ſpm̃ preparare/Quare ſatis ex hoc id oſtendit:quod a nõnullis quæritur:
nec ab actu creandi ſpm̃ ſcm̃ abeſſe:Et dixit Deus fiat lux:& facta eſt lux: prima
uox Dei:lucis naturam creauit:Tenebras deleuit/Meſtitiam diſſoluit. Mũdum
claꝛ fecit. Vniuerſis cõtinuo gratum attulit iucundumq; cõſpectum/ Nãq; cœ/
lum q̃dem apertum fuit:ac extitit/tenebris antea occluſum/atq; uelatũ:pulchri/
tudineq; tantam ultro ſuam obtulit;Tantamq; oſtendit quantam ẽt nunc aſpe
ctus:oculiq; teſtant᷑. Aer aũt omni ex parte illuſtrabat᷑: Immo uero totam im/
mixtam ſibi toti lucem habebat:celeri neq; ſplendorẽ ipſius p̱ fines undiq; ſuos
cunctis diſtribuebat. Etenim p̱tes ſuperas uerſus etherem ip̃m cœlumq; pertinge
bat:in latitudine uero tam aquilonias mũdi partes:ac auſtrales:momẽto puncto
uę tp̃is q̃ ip̃m ortum:atq; occaſum illuminabat: Talis eſt.n.ipſius natura tam p̱
tenuis inq̃ atq; p̱ſpicua/ut lumen per ip̃m tranſiẽs ſpacio nullo prorſus tp̃is ege/
at:Nã ut ſine ip̃e noſtros aſpectus ad ea quæ conſpiciunt᷑ deducit ſic & luminis
acceſſus ad fines uſq; ſuos puncto tp̃is ſuſcipit:quo ſane minus tp̃is momen/
tum ullum uel mente nemo capere põt. Aether deniq; iocũdior poſt ortã lucem
euaſit:& aquã magis perſpicue nõ ſolum lumen ſuſcipiẽdo ueꝛ ẽt emittẽdo re/
fractione nimirum ipſius/ſplendoribus ab ipſis undiq; reſilientibus aq̃s:oĩa tũc
oĩno diuina uox ad iocundiſſimam preſtabiliſſimãq; cõditionem ſtatũq; muta/
uit. Nã ut ii qui oleũ in altũ infundũt:luciditatẽ:ac claritatẽ illum in locũ idu/
cũt/ſic oĩum creator ueꝛ locutus lucis repente gratiam in ip̃m mũdum imp̃ſſit
Dixit Deus fiat lux:& facta eſt lux iuſſit:& impium protinus opus erat:naturaq;
fiebat:qua ne libera q̃dem cogitatione q̃cq̃ fruendum delectabilius fingi poteſt:
Cum autem uocem in Deo uerbum impetium/preceptũq; ducimus/ non eũ in
telligimus ſonum: qui per inſtrumenta uocis elicitur/Nec aerem lingua forma/
tum orationem diuinam eſſe aſſerimus. Sed pro uoluntatis momẽto uocem at/
q; preceptum ob auditorem facilem ſummi/perceptionem diciq; cenſemus / Et
uidit Deus lucem eſſe bonã:Quas laudes nos dixerimus ipſa luce dignas:q̃ teſtẽ
ſuam pulchritudinis ipſum iam ſuum habuit creatorẽ ſi bonã pro pulchra ſum/
pſerimus:Nã & apud nos oro cedit oculis:iudicioq; ipſoꝛ q̃ppe cũ tm̃ de ipſa
dicere nequeat. q̃tũ aſpectus antecedẽs teſtat᷑. At ſi bonũ pulchritudoq; corp̃is/
p̃tiũ iter ſeſe moderatiõe:colorcq; p̱bo reſultat:quonã q̃ſo pacto rõ pulchri i ip̃a
luce ſimplici p̃dita natura p̃tibuſq; ſimilibuſq; cõſiſtit/ac cõſeruat᷑. An modera/
mẽtũ i luce.nõ eius p̱priis p̃tibus/ſed in cõgreſſione cum uiſu moderata/ dolore
uacãte blãdaq; cõſiſtit? Sic.n.& aurũ pulchrum eſſe cõſtat/non partium inter ſe/
ſe moderatione:ſed quod ſuo ſolo p̱bo colore uiſum inuitat/ac allicit:aſpectuiq;

iocundum eſt/Sic:& lucifer heſperuſq; pulcherrimus eſt ſtellaꝝ nõ ꝓpterea qđ
eas partes ex quibus conſtat/ratam rõnem obtineat ſubeuntes. Sed quia ſplẽdo/
rẽ ſuũ ad oculos cũ indolentia uoluptateq; appellat/at.n. dei iudiciũ in pñtia de
bonitate lucis/nõ ad oblectamẽtum oĩno uiſus mõ reſpiciẽtis eſt allatũ / Sed ad
cõmodũ ẽt ꝓſpicientis ab ipſa luce poſtea ꝓuenturũ/Nondũ.n.erant oculi:q de
lucis pulchritudine dignoſcere/iudicareq; poſſent. Et diuiſit deus lucẽ a tenebris
Ideſt naturã iſtaꝝ talẽ effecit:ut miſceri nõ poſſint:oppoſiteq; ſint perinde : atq;
cõtraria: Nam maximo interuallo eas ſeiunxit: & interſe ſeparauit/Appellauitq;
lucẽ qdem diem/tenebras aũt noctem/Nunc qdem poſt ſolẽ fcm̃ : dies is æreſt:
quẽ ſol illuminet:cum eſt in eo dimidio globo:q ſup terrã eſt collocatus. Nox
umbra terrę:que fit occultante ſe ſole: Tũc aũt dies fiebat/ uiciſſimq; nox accede
bat:nõ motione/luſtrationeq; ſolis/Sed illa primogenita luce ſeſe diffundẽte rur
ſumq; cõtrahente/ea ſane mẽſura:q̃ a deo fuerat definita: Et fcm̃ eſt ueſpere:& fa
ctum eſt mane dies unus. Veſpera qdem terminus diei/noctiſq; cõis ẽ/ Mane au
tem ad diem noctis:& ſimili modo uicinitas accedẽtem: Vt igĩ primas diei par
tes Moyſes reddat:finem prius diei memorat/deinde noctis ultimũ affert : qppe
que ſeqtur ipſum diem. Ante nãq; lucẽ exortam:haud nox erat in mõdo. Sed te
nebre/Quod tñ ad diẽ/ut oppoſitũ eſt diſtinctũ ideſt nox nũcupatum: & id : &
nouã poſt diem ſortitũ eſt appellatiõe:facta eſt igitur inqt ueſpera fcm̃ eſt mane
qbus diem noctẽq; ſignificat. Non tñ diem:& noctẽ hec nũcupauit/Sed p̃ſtabi/
liori totam tribuit appellatiõem. Han utiq; cõſuetudinem inueneris in tota quo
q; ſcriptura:in metiẽdo tpe dies nõ una cum diebus noctes enumerari: pſalmoꝝ
cantor. Dies annoꝝ nr̃oꝝ dicit: Et iacob dies uite meæ:pui ſunt atq; mali/& rur/
ſum oẽs dies uite meę. Quo patet ea q̃ nũc hiſtorię/forma tradita ſũt/ iſtitutiões
ac leges eẽ/ad ea q̃ deinceps dicẽda eẽnt:atq; agẽda. Et facta ẽ ueſpera:& fcm̃ eſt
mane dies unus. Quã ob cãm nõ dixit primũ diẽ ſed unũ/ubi magis cõueniebat
allaturũ ordine ſecundum diem:& tertiũ atq; quartũ eum qui oẽs anteibat pri/
mum appellaſſe diem nõ unum? An diei ſpaciũ noctiſq; cohercẽs/ tẽpuſq; utri/
uſq; q̃tuor inq̃ uigintiq; horas cõiungẽs ita dixit: qppe qđ unius diei : noctẽ ẽt
una cũ ipſo die cõprehẽdẽdo ſpaciũ cõpleat/ut & ſi i ſolſticiis exuperat altera:de/
finitio tñ totũ utriuſq; ſimul ſpaciũ tpe ſit deſcriptũ : q̃ſi diceret q̃tuor uigintiq;
horę ſpaciũ eſt unius diei: An q̃ a cęleſtis corpis ab eodẽ in idẽ punctum reditio:
uno in die agĩ,ut ſemp cum ueſpera diluculũq; conuerſione ſolis/occupat mũ/
dum:haud maiore tpe:Sed unius diei ſpacio compleaĩ. An ea ratio potior eſt:
quæ in archanis/ſecretiſq; traditur. Deus inquit qui temporis naturam creauit:
menſuras ipſi/ſignaq; ſpacia dieꝝ adiunxit: Septimanaq; ip̃m metiẽs in orbem

ſeptimanam in ſeſe ſemper uerſari iuſſit:curricula tpis/ac motiões enumerantem & unũ item die:ſeptimanã cõficere ipm in ſeſe ſepties redeũtem:Id autem orbis ſubit effigiem:a ſeſe inq̃ incipere:& in ſeipſo deſinere:quod iã & ſeculi ꝓpriũ eſſe cõſtat in ſeipm cõuerti:& huiuſce nullũ exitũ eſſe. Quãobrẽ capud ipſius tpis: nõ diẽ primũ ſed unũ appellauit:ut ex appellatiõe ẽt affinitatẽ ad ipm ſeculum ſortiat̃:Is.n.q unici principii/ac incõmunicabilis ad aliud ꝑ ſeſe fert formã ac cõmodate ſane atq; appoſite unus eſt nũcupatus/Quod ſi ſecula plura ſcriptura nobis afferre ſolet/ſeculi ſeculũ ſeculorũq; ſecula cõpluribus in locis dicendo: tñ & illic in primũ/neq; ſecũdum ſeculũ nobis enumerat̃:ut ſtatuũ potius uariarũq; differẽtie rez:/ſed nõ diſcriptiões ac fines ex hoc ſeculoz nobis ſucceſſioneſq; demõſtrant̃:Dies.n.inqt dñi/magnus ẽ & ꝑclarus: Et rurſum cur uos queritis diẽ dñi? Atq; hic eſt nõ lux/ſed tenebre. Tenebre uidelicet iis q digni tenebris ſunt/ Nõ & ueſperis diem illum uerbum diuinũ ſit:& ſucceſſiõem ac fine carere: quẽ & octauũ pſalmoz auctor appellauit:ꝓpterea ꝙ extra tps id ſitus eſt quod ſeptimane metiri ſolent:Quare ſi diẽ dixeris ſi ſeculũ eandẽ ſane ſententiã dixeris/ſiue igitur dies ſtatus ille dicat̃:unus eſt:& nõ plures. Siue ſeculũ appellet̃ unicũ utiq; fuerit:& nõ ſubierit ordinẽ/rõnemq; partis: Quæ cũ ita ſint ut ad futurã illã uitam /ſtatũq; futurũ illum noſtrã Moyſes mentẽ erigat/atq; deducat: Vnũ eũ appellauit diem/qui ſęculi ipſius imago:qui diez origo:qui lucis equalis eſt: Ipm inq̃ dñicum diem:quem reſurrectio Dñi preorauit:honoribuſq; ſummis affecit/Facta eſt igitur ueſpera inqt:& fcm̃ eſt mane dies unus/ Sed nimirũ hi nři de illa ueſpera ſermones ab hac ueſpera iam occupati:exitum hic orationi nřæ finemq; ponunt:pater aũt uериſſime lucis:qui diem cęleſti lumine decorauit:q nocte ignis ſplendoribus perornauit:qui futuro in ſeculo reſurrectiõem ob æternã requietem ac cõmodata mentibus inceſſabiliq; luce ſua parauit ueſtra oĩum corda notitia ueritatis illuminet ueſtrãq; uitam oĩ prorſus impedimẽto uacuã incõmodoq; conſeruet / ambulandi facultatem uobis præſtando perinde atq; in die ſemper decore: Vt in ſanctorum demum ſplendoribus ueluti ſol eluceatis/ pro mea gloria pro die Chriſti:quem gloria decet in ſecula ſeculorum.

TERTIA CONGRESSIO.

ET DIXIT DEVS FIAT FIRMAMENTVM IN MEDIO AQVARVM ET DIVIDAT AQVAS AB AQVIS.

OPERA diei primi/imo uero unius nõ enim eam ab ipſo dignitatem auferamus oportet:q̃ obtinet in naturã ab opifice rez per ſeipſum editus nõ ordine ceteroz enumeratus diez/orõ nřa heſterno die ĩ mediũ attulit interꝑtationiſq; bipartito diuiſe:ptem alteram matutinũ alimentum/alte-

rum ueſpertitiam letitiam animarum auditoribus obtulit:atq; appoſuit. Hodier no autem die ad res mirandas diei ſecundi tranſit/Neq; uero hæc dico: ad interpretis id uires ſed ad eorum gratiam que ſcripta ſunt referendo que facile ſuapte natura probatur ac acceptatur/Cordibuſq; eorum accomodatur: qui res ueras probabilibus anteponunt:Qua ſententia nimirum: & pſalmorum auctor apertiſſime: quæ a ueritate percepta prodeunt indicans oblectamẽta:ut dulcia dicit faucibus meis eloquia tua ſunt:Superq; mel ori meo. Heſterno itaq; die ueſtris quo act facultates noſtræ ſuppeditabant animis in eloquiis dei ſtudio delectatis/hodie rurſum acceſſimus hoc ſecundo die mirandas ſecundi diei res/atq; opera ſpectaturi At enim me nõ prꝗterit complures artium ſordidarum artifices:opera quotidiana ſibi uictum comparantes nos cingere/atq; ſtipare/ Qui noſtram perſtringũt orationem:perbreuemq; eſſe percupiunt/ne ſuis ab officiis longo tempore diſtrahãtur:Hi ſciant uelim eam temporis partem/que deo mutuo datur/nõ deleri neq; amitti/ſed ab eo magna cum acceſſione/largoq; fenore reddi ſolere:Nam ſi quę negotioſe difficultates in uita accidunt/eas dominus ſubmouebit:& corpori robur:& promptitudinem animo:& commutãdarum rerum facilitatem & uniuerſa in uita proſperitatem:iis qui ſpiritalia cetæris anteponunt præſtando:& ſi præſenti in uita fortaſſe non ut ſperamus ea euenerint / in quibus ſtudemus ad euũ tamen accedens/bonus certe nobis theſaurus ipſa doctrina ſpiritus erit:Tolle igĩtur omnem a corde queſo tolle uitæ curam:totũq; te ĩpm hoc mihi collige loco Nihil.n.ꝓfecto corporis preſentia prodeſt:ſi cor tuum circa terrenũ Theſaurum elaborat:Et dixit Deus fiat firmamentum in medio aquarum:& diuidat aquas ab aquis:Iam & pridie dei uerba ꝓceptumq; percepimus/fiat lux/Et hodie ẽt audimus fiat firmamentum.plus tñ aliquid preſentia uerba uidenť habere / ꝓpterea quod oratio non modo conſtitit in precepto/Sed & cãm cur ipſa requiritur extructio firmamẽti ſine cũctatõe ꝓtinus addidit: Vt diuidat inqens aquas ab aqs primũ igiť quonam pacto deus loquatur inueſtigemus oportet. Nã uti nos loqtur nr̃oq; modo:ꝑrius qda in imaginatiõe/mẽti uc formæ rerum in generatione deinde ꝓprias accõmodataſq; deligẽs uniuſcuiuſq; ſignificatiões enũtiat poſtea iis q̃ intellecta ſunt inſtrorum uocis officio ſubminiſtratiõiq; traditis hoc pacto ꝑ aeris afformatiõem/motiõe uocis articulate/q̃ mẽte cõcepta ſunt ſenſaq; edit: atq; explanat:Et q nõ fabuloſum fuerit/deũ talis idigere ꝓceſſiõis aſſerere/at ea tãdẽ exprimẽda:q̃ ab ipſo ſunt itellecta: An accomodatius magiſq; pium eſſe uidetur diuinam quidem uoluntatem primãq; appetitiõem momenti mentis orationem eſſe dei/locutionemq; putare atq; aſſerere/in figuram autem ipſam trãſitiõis ſcripturã ſanctã cẽlere redigere/ut nõ modo creaturam factam eſſe uoluiſſe

deum: Sed etiam per ſocium quendam exortam eſſe oſtenderet: Nam potuiſſe ut a principio dixit/de omnibus pari modo tractare/omniaq̧ tranſigere. In principio fecit deus cœlum:& terram:deinde fecit lucem deinde firmamentũ: Nunc uero deum iubentem inducens ac differentem/eum ſane taciturnitate cui iubet: & qui cum differit inſinuat/ac ſuboſtendit/haud inuidens nobis/ne illius notitiam conſequamur/Sed ad illius deſiderium nos incendens gratia cuius ueſtigia quędam/idiciaq̧ ſecrete rei ſubmittit: Quod enim labore quiſpiam eſt cõſequutus:id & iubens ſuſcepit:& non ſine cura ſibi patum ac diligentia cõſeruauit: At quæ facile acquiri poſſunt/eoꝝ comparatio perfacile ſperni põt: Idcirco uia quadam/ac ordine nos ad unigeniti filii dei ſapientie animaduerſionem: cõceptum q̧ ſcriptura didicit: Quanq̃ uel hoc pacto corpore uacanti nature non opus erat ea prorſus oratione: que in uoce conſiſtit/ubi mentis ipſimet conceptus cõmunicari cum ſocio poſſunt/ Itaq̧ qd opus eſt iis orationẽ qui poſſunt ex ipſis mẽtis conceptibus inter ſeſe mutuo/deliberata definitaq̧ cõmunicare. Etenim uox ob auditum eſt:& auditus uocis eſt gratia. Vbi uero nec aer/nec lingua/ ne auris eſt/nec flexuoſus meatus ad ſedem uſq̧ ſenſus in capite defferens ſonos: ibi nullis omnino uerbis eſt opus. Sed ex ipſis ut quiſpiam dixerit cordis conceptibus: cõmunicatio fit uoluntatis. Vt igitur ad eam inquirendam perſonam/ad quam uerba diriguntur noſter animus excitetur quod quidem pauloante diximus hęc ſumpta eſt ſapienter artificioſeq̧ locutionis figura: Secundum exquirendum eẽ uidebitur ſi diuerſum quid ſit a cœlo uim factoſ firmamentum id : quod & ipm nuncupatum eſt cœlum:& ſi omnino duo ſin Cœli: Nam q de cœlo locuti ſũt ſuas potius pertruncandas prodiderint linguas; Quam duos eſſe cęlos uti uerũ conceſſerint: Vnum enim cœlum in ratione rerum eſſe: Nec inſuper oriri ſecundum aut tertium/aut quotumuis poſſe ſupponunt: Corporis tota cęleſtis eſſentia/in unius cœli conſtitutione/ut arbitrantur conſumpta: Etenim unum qdem inquiunt corpus eſſe:quod orbe fertur idq̧ finitum eſſe: quo ſi uniuerſo primũ celum eſt conſtitutum/nihil prorſus ad ſecundi/tertiiq̧ generationem ortũq̧ reſtitiſſe: Hæc igitur imaginantur ii:qui materiam ingenitam offerunt opifici regis ex illa iam prima fabula ficta:in hanc falſam inde ſequentem ſententiam dilabẽtes/Nos aũt dignum eſſe cenſemus ſapientes externos/aut antea nos irridere: ac floccipendere:q̃ eas quas inter ſeſe controuerſias habent/diſſentioneſq̧ componerent. Sunt enim inter ipſos qui celos infinitos / & mundos eſſe prodiderunt: Quorum ſententiam cum redarguerint ueluti non probabilem:ii qui grauioribus demonſtrationibus/robuſtioribuſq̧ utunt/atq̧ neceſſitatibus genitricis cõfirmauerint:ferre patiq̧ naturam minime poſſe:ut pręter hoc unum cęlũ aliud

orirétur/tunc ipſorum artificioſa deliramenta magis/ac magis deſignationeſq; li
neaꝝ nos irridebim⁹ ſi ſimeles ob cauſas:& unã:& plures fieri bullas cernẽtes/de
inde ambigunt/an creãdi facultas cœlos plures efficere poſſit/ quoꝝ uires ac ma
gnitudinẽ nihil ab eo humore cõcauo differre cẽſemus:q de imis ad ſupera flatu
pulſus efferť cum ad imẽſam illam exuperatiõem diuine potentię reſpexerimus:
Quare deridẽde ſunt ea rõnes: qbus illi duos in rõne reꝝ cœlos eſſe nõ poſſe
ꝓbabant:Nos aũt a deo ſentẽtiis his aſſentiẽdum eſſe non cenſemus:Cœlũq; ſe
cũdum nõ eſſe nõ credimus/ut & tertiũ inſup querendum eſſe arbitremur/aſpe
ctu cuius olim diuus haud imerito Paulus eſt potitus:pſalmos ẽt cęlos cęloꝝ di
cẽtes:docere nox exiſtimare oportere celoꝝ copiam eſſe remus. Nec uero magis
hæc mira uidenť:q̃ ſeptem illi orbem/in qbus ſeptẽ inherẽtia ſidera curſum age
re ſuũ fere ab oĩbus uno ore dicunť:Quos & ita ſeſe habere ferunt / ut alius ab
alio pinde cõtineať/ut ea uaſa:quoꝝ alteꝝ inter ſeſe poſitũ alteꝝ ambit: atq; co
hercet:Verſariq; retro cõtrario motu/ac uniuerſum:Cũq; circũfuſus ether inci
tata cõuerſione ſcindať:ſonoꝝ quendam edere ſonitũ:interuallis cõiunctum im
paribus:Sed ꝓ rata ptium rõne diſtinctis oẽm oĩno cõcentuũ exuperantẽ ſuaui
tatẽ:Sed cũ ab illis ſonitus huiuſce p ſenſum petitur fides:qd aiunť Nos inqũt
ob aſſuetudinẽ ab ipſo primo iã ortu cõpletis hoc auribus ſonitu: obſurdeſcere:
ſenſuq; illius audiẽdi carere:perinde atq; hoĩum ii:quoꝝ aures ſonitu continue
malleoꝝ excuſſoriis in officinis pulſanť:Hoꝝ cauilatoriã hãc ſentẽtiam debiliſſi
mãq; redarguere adeo palã auditu primo talẽ ſeſe oĩbus offerẽtem/nõ hoĩs eſt ꝑ
fecto/aut tpi pcere ſcientiis aut ſagacitatẽ auditoꝝ/ac ingeniũ cõiectãtis:ſed exte
nis hoĩbus opinionibus externis omiſſis/ad eccleſiæ ſermonẽ nr̃æ nos redeamus
Dcm̃ eſt a nõnullis nr̃is maioribus:nõ eſſe ſecũdi celi hũc ortũ/Sed explanatõem
q̃dam interp̃tatiõemq; prioris:ppea quod illic ſcriptura celi creatiõem inſumã re
req; tradidit/hic modos qbus ſingula facta ſunt ex actiuis explicare uideť: Nos
aũt dicimus cũ nomen diuerſum officiũq; peculiare cœliq; ſecũdi traditũ ſit/ali
ud hoc p̃ter id eẽ:qď in principio eſt effectũ ſolidioris ſane naturæ uniuerſoq; p̃
cipuũ offm̃ ſubminiſtrãs:Et dixit Deus fiat firmamẽtum in medio aquaꝝ: & di
uidat aquas ab aqs:& fecit Deus firmamẽtũ diuiſitq; aq̃s q̃ erãt ſub. firmamẽto
ab iis q̃ erãt ſup firmamẽtũ:Sed anteaq̃ ſcripturæ ſniam afferamus id qď ab aliis
obiiciť diſſoluere euitamur pconctanť.n.ſi firmamẽti corpis globoſum eſt / ut
aſpectus ipſe declarat:defluit aũt aqua ſuapte natura:ab altiſq; delabiť:q fieri poſ
ſet/ut aqua incurua firmamẽti circũferẽtia collocata pſiſteret: Ad qď dicendum
eſt/non ſi quippiam orbis iterna pte ſpẽm obtinere cerniť id & externa ſupficie
globatã iformã redactũ eẽ:totũq; exacte ſũmaq; cũ leuitate quaſi torno adhibito

circū ductum eſſe/neceſſario oportere/ubi lapidea balneoꝝ tegmina extructa ōeſq
cauernoſas ita ſeſe habere uidemus/ut in terna qdem ex pte ſemicirculi figuram
obtineāt: Supnis aūt in ptibus/atq; tegmine plana non unq̄ equaliue ſuperficie
terminent: Quapp hac de re ſaltem neq; ſibi moleſtias ipſi ſumere: neq; nobis p̄
ſtare uelint quaſi ſuperis aquam in locis detinere: coercereq; neq; nō ualeamus/
Poſt hæc dicēdum eſſe uidet: que nam ſit ipſius firmamēti natura: & q̄ ob cām
nter aquas ſeparandas inſtitutū ē eſſe/ Scriptura ſacra hoc noīe firmamento: in
iis rebus quæ robore uiribuſq; exuperant uti cōſueuit: Queādmodum cū dicit
Dn̄s firmamētum meum: & cōfugium: Et ego firmaui colūnas eius: & laudate
ip̄m in firmamēto uirtutis eius: Nam externi qdem hoies id firmum corpus ſo
lidūq; dicunt/quod quaſi plenū eſt/atq; refertū: ad mathematicū corpus ita dem
atq; diſtinctum/eſt.n.mathematicū qdem corpus/quod in dimenſionibus ſolis
cōſiſtit: longitudine inq̄ latitudine atq; pfunditate: firmū aūt/ ſolidūq; quod cū
dimēſionibus: & reniti/reſiſtereq; pōt: Scriptura aūt ſacra quod p robuſtum eſt
neq; cedit/id oē firmamētum dicere cōſueuit: atq; adeo/ut & in aere denſo hac
ipſa uoce uti uideat/ueluti cum dicit: q tonitruū firmat/Soliditatem.n.& reſiſtē
tiam eius ſpiritus: q in nubiū ſinibus includit atq; ob uiolētiam eruptionem in
de/ſonos ac ſtrepitus eos effecit: quos tonitrua dicimus firmitudinē tonitrui nūcu
cupauit. Igit & nūc ēt pro quadam firma ſolidaq; natura/ad detinēdas aquas/ac
cohercendas idonea quę ſuapte natura dilabuntur/pfacileq; diſſoluunt/ hanc a
ſcriptura uocem allatā eſſe arbitramur: Nec tn̄ ip̄m firmamētum: cum uti uulgo
putat: ex aqua uideat ortum habuiſſe ſuū/aut aquæ coacte aut naturæ cuiq̄ tali
quæ ſui principiū ortus ex humore collato ſumit ſimile cēſendum eſt eſſe: qualē
criſtalli lapidis naturā eſſe conſtat quem ob exuperātem aquæ cōgelatōem/in eā
eſſentiam q̄ obtinet autumant uerti/aut ſpeculi naturā inter metalla cōſtantem
eſt aūt & ipſe lapis: pellucens: & peculiari quadam puriſſimaq; preditus pſpicui
tate/q ſi ſuo in genere fuerit exactus inuētus: neq; putredine ulla cōſumptus: ne
q; perruptus ulla ex pte: cū aere ſane cōtendit: eiq; fere perſpicuitate ſimilis eſſe ui
det/Ex his igitur nulli ſimile firmamētum eſſe cēſemus: Eſt.n.puerilis ſimpliciſ
q; profecto mētis/tales de corporibus cęleſtibus opiniones habere: Neq; tn̄ ſi cū
cta in cūctis iſunt/ignis in aere aer in aqua: ceterorūq; ſimiliter aliud ineſt in alio:
& nullū oīno ſenſui ſeſe obiiciēs elemētum ſincerū eſt mixtioneq; caret/ut nō ſit
aut medii aut oppoſiti ſibi pticeps: firmamētum ob id ip̄m/aut ex uno ſimpliciū
corpoꝝ/aut ex oibus immixtum eſſe aſſerere nobis placet: q iā ab ipſa diuina ſcri
ptura ita inſtituti ſumus/ut nihil ultra ea quæ nobis ſunt cōceſſa mēti nr̄æ imagi
nari cogitari cōcedamus: Ad uero nec illud haud aiaduerſum hoc loco nos q̄ſo

pretereat:Poſt hec enim impium non dictum eſt ſimplici modo : & factum eſt firmamentum Dei fiat firmamentum : Sed fecit Deus firmamentum : & rurſum diuiſit Deus aquas quæ erant ſub firmamento / ab iis quæ erant ſuper firmamẽtum/Exaudite uos exaudite:qui ſurdi eſtis/reſpicite uos/ reſpicite qui ceci eſtis:Et quis quęſo ſurdus eſt:niſi qui nõ exaudit a Deo magna uoce ſpm̃ ſctm̃ clamantem:Quis deniq̧ cecus eſt:niſi q nõ cernit ac inſpicit/a Deo apertas adeo claras de unigenito dei figlo demõſtrationes:Fiat firmamentum:Hæc uox profecto cauſæ principis eſt.Fecit Deus firmamẽtum:Hec effectrix eſt ſane creatricisq̧ potentiæ filii teſtis:Sed ad interpretatiõem cõtinuandã noſtram orationem flectamus/Et diuidat inquid aquas ab aquis:Infinita qdem ut uidetur aquarũ erat diffuſio/undequaq̧ nimirum inundãtium terræ/ſublimiũq̧ut & ad elemẽta cetera ſane compandarum ratiõum æquabilitatem eggredi uideanť : Quapp & antea dicebatur abyſſum undiq̧ circũdare terram:Cãm aũt humorũ copie tãtę/in iis quę deinceps dicenť nos aſſignare oportet:Nemo uero/uel eorum oĩno quoꝝ aius nõ mediocriter/in perſpicientia reꝝ ſeſe exercuit:quiq̧ in hac caduca fluenteq̧ natura per q̃ acute conſpiciũt nr̃am increpabit opinionem quaſi quedã impoſſibilia ſupponẽtem/atq̧ figmenta/neq̧ a nobis petit qua nam in ſede cõſiſtebat aquaꝝ natura.Qua nãq̧ ratione tellurẽ quam aqua longe grauiorẽ eſſe nemo eſt qui ignoret/ab extremis finibus adducẽtes in uniuerſi medio collocãt indeq̧ ſuſpendũt:eadem:& copioſam illã aquam/tũ ob equale oĩ ex pte momentum circa tellurem ſtate quieſcereq̧ profecto cõcedent: Igitur humoris immẽſa natura circa terram undiq̧ diffundebať:nõ temperatẽ ſeſe habens ad illam / ſed longo exuperans interuallo/ita iam in uniuerſi primordiis a magno reꝝ artifice futura reproſpecta:& primis diſpoſitis rebus ob cõmõditatem ſequentem/Quænã igitur neceſſitudo fuit/ut adeo exuperet aque naturam: An cũ eſſentia qdem ignis neceſſaria ſit uniuerſo/nõ ſolum ad terreſtriũ reꝝ adminiſtratiõem : ſed ad ipſius ẽt uniuerſi totius integritatem/mutiliũ.n.eſſet:ſi unum hoc ipſi maximũ elementoꝝ oĩum/opportuniſſimũq̧ deeſſet/aduerſenť aũt hæc ſibi mutuo/alterũq̧/alteꝝ corrumpere poſſit ignis qdem aquã cum excedit uincit uiribus/ ignẽ aũt aqua cum exuperat copia/nec aut ſeditiõem inter hæc eſſe/aut alterius defectione cãm emerſiſſe oporteret/ut uniuerſum diſſoluať:ac pereat tantã humoris naturã pater familias uniuerſi deus parauit:atq̧ recondidit ut ad definitos uſq̧/ certoſq̧ fines ipſius mundi/cum paulatim ab ignis uiribus abſumať ipſi reſiſtere ualeat/Enĩuero q pondere cũcta mẽſuraq̧ diſpoſuit(enumerabiles.n.ipſi Iobis ſententia & pluuię gutte ſunt)is & q̃tum tpis definiunt/ ut ipſe mũdus pmaneat certo ſciuit:& q̃tum ẽt igni ſumptus pabuli recondere oporteret nõ ignora

uit:Hæc eſt aquarũ abundantię ratio mea ſententia in ipſis rebus creatis: At quĩ neceſſariam mũdo naturam ignis ipſius eſſe/nemo adeo expers eſt uitæ:ut ignoret doctrinaq; uerbis indigeat/ad id ita eſſe pcipiendum:nõ ſolum qa facultates oẽs ac artes qbus uita nr̃a ſubminiſtrat̃/ac cõtinetur ad oparationes exercendas ſuas ignis egeant naturæ/texendi inq̃ ſuendi/ędificando mulcendiq; ferri facultas: atq; agricultura/uerũ ẽt quod neq; ſtirpiũ pullulationes:neq; fructuũ concoctiones/neq; aialium aut terreſtriũ/aut aquatilium ortus:neq; alimenta ẽt iſtorũ ulla aut initio fuiſſent/aut tpe aliquo pmanſiſſent ſi calor in ratione rerũ nõ eſſet/ Ergo pernceceſſaria qdem caloris creatio fuit/ut ea quæ gignunt̃ oriantur atq; perſiſtant/perneceſſaria aũt:& humoris abundãtia:copia ue/pp ignis inceſſabilem/ ac ineuitabilem ſumptum:Circũſpice queſo:luſtraq; creaturas oĩs atq; caloris uires oĩbus in rebus:que generationi corruptioniq; obnoxie ſunt/inſidentes ac dominãtes inſpexeris.Idcirco copioſe ſunt aquæ/partim ſuper terrã diffuſe/partim ultra ea quæ conſpiciunt̃ diductę/partim in ſimilibus telluris inſperſe unde fontium emergunt copioſiſſimi ortus:& puteorũ confluxiones animũq; tam torrentium q̃ perennium flumina: quo multis porro uariiſq; locis ac cellulis humoris ſubſtantia conſeruet̃: Atq; in orientali qdem plaga ab ortibus ſolis ęſtiuis/ fluuius nidus errũpit/oĩum maximus amniũ/ut memorię tradiderunt ii qui de orbis ſitu partibuſq; conſcripſerunt:qui uaſtis fluminibus euoluitur nindicum mare: & inſuper Bactrus:& Choaſpes:atq; araxas/& phaſis a cauſiis montibus/ erũpẽs: & alii in numeri ab aquilonibus partibus/ad euxinũ uſq; pontum labunt̃/ Tanais ẽt ex Rhipheis mõtibus defluens in paludem meotien permeat/ab occaſibus aũt æſtiuis/ex pireneo monte flumen arax egreditur/adq; ad id mare pergit quod Herculis ultra colũnas diffundit̃:Rhodanus inſuper ex Alpibus: & Iſter ex eiſdẽ pene ſeſe rapiẽs ille cum cõpluribus aliis nauigabilibus & ipſis amnibus per occiduos gallos:Celtaſq; atq; propinquas eis Barbaras gentes nationeſq; labens/in occiduũ mare ſeſe euomit:Iſter per europam ſeſe euoluens/in pontum irrũpit.Iam qdem:& ex meridie ſuperis a plagis p ethiopiam in numeri ueniũt amnes/partim ad noſtrum hoc mare:partim ad id quod eſt ultra nauigabile per/meantes:ex qbus ſunt ægon:& nyſſes:& q cremetes uocatur.& inſup ipſe nilus/ qui ſane neq; ſimilis natura fluuiis eſſe uidetur: cum exundans aquæ atq; mare uniuerſam.Egyptum operit/totaq; heſtatę obrutam/oppletamq; tenet:Adeo locus hic orbis habitabilis noſtri:copioſis occupat̃ aquis:maribus uaſtis pcinctus: & in numeris amnibus affluens/ob inenarrabilem opificis ſapientiam/opera cuius effectum eſt/ut ignis aduerſantem ſibi naturam haud facile conſumere poſſit/Erit tamen quãdo & uniuerſa cremabunt̃ igne ut Heſaias in iis aſſerit: qbus

ad omnium rerum diſſerit opificem deum: Qui dicit abyſſo deſerta eris: & om-
nes tuos fluuios deſiccabo: Quæ cum ita ſint ſapientia ſtulta iam effecta deiecta
atq; poſt habita: ſuſcipe nobiſcum ueritatis doctrinam uulgarem/ quidem ratio-
ne: ſtabilem autem firmamq; cognitione: Idcirco fiat firmamentum in medio
aquarum: & ſit diſcriminans inter aquam: & aquam: Diximus quid apud ſcriptu
ram ſignificat firmamentum: Nam non reſiſtentem abſolute ſolidamq; naturã/
ac ponderis participem: firmamentum dicit/ Sic enim terra talem habuiſſet pro-
prius appellationem/ Sed ob ſublimium rerum naturam: quæ pertenuis eſt: atq;
rara: & a nullo ſenſu percipi poteſt hoc firmamẽtum eſt appellatum tenuiſſimo-
rum corporum comparatione: quæ ſenſu percipi nequeunt: Atq; intelligere mi-
hi uelis Regionem quandam locumue diſcernendi humoris: tenuem quidem/
atq; collatum humorẽ ad ſupera loca traicientẽ: craſſum autem/ atq; terreum/ ad
infera demittentem ut ab inicio finem uſq; eadem in uniuerſo temperies conſer
uetur/ calore paulatim humoris eſſentiam abſumente: Tu uero copiam quidem
aquarum tantam eſſe non credis/ Ad caloris autem tantam copiam multitudi-
nemq; non reſpicis: qui tam: & ſi paruus eſt magnitudine/ multun tamen humo
ris ob uires ſuas conſumere poteſt. Etenim attrahit quidem ad ſe propinquam
humorem ſibi/ ut ipſe Cucurbitulę medicorum docent: Attractum autem con-
ſumit: perinde atq; in ignem lucerne fieri ſolet qui per licinium ad ſe tractum ad
iacens alimentum cito admodum mutatum comburit: Iam uero etherem ipſum
quis ambigit igneum eſſe / ac perflagrantem? Quem niſi finibus neceſſariis ab
opifice ſuo detineretur: atq; cohercceretur: quid quæſo probibuiſſet omnia ſibi p
pinqua cremãtem: atq; urentem/ uniuerſum omnium rerum humorem iam ab-
ſumpſiſſe? Quapropter eſt aereus humor/ nubeſq; ſupero in loco conſtant: atq;
coguntur/ e uaporum ad ipſum delatione: quos amnes fontes: lacus: paludes/ ac
maria cuncta emittunt/ ne rerum omnium naturam ætherum occupauerit com
burẽdo. Solem etiam hunc æſtatis/ tempore regionem perhumidam ſepenume
ro limoſamq; breuiſſimo temporis momento penitus humore carentem: aridã-
q; relinquere cernimus oſtendant igitur il. nobis in omnibus habiles inſigneſq;
ingenii ſunt/ ubi nam eſt humor ille? Nonne cuius conſtat in uaporem uerſum
calore ſolis abſumptum fuiſſe? Quanquam neq; calidum illi ſolem aſſerũt eſſe:
Tantum in ipſis ineſt facultatis dicendi: Atq; attendite quæſo: cui intentes argu
mento/ aperte rerum experientiæ aduerſantis: Cum ſol inquiũt colore candidus
ſit: & nec ſubrubeus ei color: nec flauis inſit: nec ignea profecto pręditus eſt ob id
ipſum natura/ ſed calorem etiam huius non inſitum ineſſe ſoli natura / Sed ex
motionis emergere celeritate conuerſioniſq; dicunt: Quid inde ſibi uolentes?

Vt nihil prorſus humoris ſol abſumere uideatur. Ego uero quanq̃ ueritatis hæc illorum ſententia cancellos egreditur/nō tñ eam depello tanq̃ meæ rationis ſuffragatricem: Nam ab humoris ex caloris actione/ conſumptionem neceſſariam eſſe copiam aquarum aſſerebamus. At nihil intereſſe uidetur natura ſol an effectione calore preditus ſit/ad effectus eoſdem in materiis eiſdem gignendos: Nāq; ſiue mutua frictione ligna flāmam ignemq; pariant: ſiue flamma accenſa crementur æqualis nimirum/ac ſimilis ex utriſq; finis emergit: Sūmam tñ uniuerſum adminiſtrantis opificis dei ſapientiam, ex aliis ad alia ſolem loca deducētem cōſpicimus: ne ſemper ipſe trahens eiſdem in partibus moram ui ſane caloris rapinaq; rerum ornatum diſſolueret: uniuerſiq; naturæ officeret: Sed nunc ipſum ad Auſtrum ſub brumali ſolſtitio: nunc ad equinoctialem orbem pellentem: atq; illinc ad aquilonias plagas ſub æſtiuo ſolſtitio reducentem: ut hac eius tali ſenſim migratione ſubiectis temperies tractibus/ac regionibus cōſeruetur/ Animaduertant aūt ipſi uelint ſi ſibi ipſis non aduerſentur: Qui mare qdem inquiunt nō exundare fluuiis excreſcereq;: propter eam ipſius conſumptionem que fit ex ſole & inſuper ſalſum/amarumq; relinqui: ui caloris humore tenui petulentoq; conſumpto/quod ex ſolis potiſſimum ardoris officio ſegregans fieri conſtat: leue q̃dem abſumentis: craſſum autem ac terreum ueluti limum quendam ſedimentūq; reliquentis ex quo deinde mare tam amarum: q̃ ſalſum/q̃ etiam ad imprimendam idoneum ſiccitatem euadit: Poſtea uero mutata ſentētia/nec iis animaduerſis que de mari diſſeruere: nullam prorſus aſſerunt humoris ex ſole fieri imminutionem: Et uocauit deus firmamentum cœlum: Hæc appellatio alii quidem proprie accomodatur: huic autem nunc ob ſimilitudinem inditur / pleriſq; etiam in locis aerem obſeruauimus cœlum dici ſub aſpectum aperte cadentem & continē tem & plenum: atq; continuum perinde ut cœlum Dicit enim uolatilia cœli/ & rurſum/Ea quæ uolant in firmamento cœli: Tale quid eſt: & illud/ Aſcendūt uſq; ad cœlos: Moyſes quoq;: benedicens tribui Ioſephi/a cœli tpibus/Roreq;: & a ſolſtitiis menſiūq; coitibus/atq; a ueteribus montiū/colliūq; perenniū benedictiones preſtat: Quippe cum hoꝝ ordo temperieſq;: fertiles terre regiones efficere ſoleat: Quin & in execrationibus Hieremias: Erit inquit eneum tibi ſuper uertice cœlum/ſiccitatem arriditatemq;: atq; ſublimium innuens defectionem aquarum aeriiq; humoris: quauis ad gignendos fructus/efficitur terra fecunda: cum itaq; deferri de cœlo Rorem/aut plouiam dicit: aquas tum eas non intelligimus quas ſuperas occupare Regiones eſt inſtitutum: Exalationes enim alta petentes inibi congregantur: & aer flatibus ſtipatus denſatur: Cum igitur in ſeſe uapores pertenueſq; tum in nubibus humores inſperſi confluxerunt gutte tum fiunt: ita/

feraq; ſuopte pondere loca petunt Adq; id ortum eſſe pluuie conſtat: Ad cū hū
mor redactus in ſpumam fuerit uiuentorum/agitatiōeq; diſſectus:ſummeq; de
inde refrigeratus:coactus fuerit uniuerſus/mixtū cū frangit̃/nubes defertur/atq;
omnino ratione nimirū eadem:uniuerſam humoris in aere conſtare naturam: q
ſuper noſtro uertice collocat̃:tibi cernere licet:Neq; uero ſimplicem quiſq̄ ſpiri
talium explicatiōem ſententiaꝝ cōprobationeq; carentem cum eoꝝ hoīum cu
rioſa q de cœlo locuti ſunt inquiſitione ſuperuacaneaq; compare conferreq; ue
lit/Etenim quanto modeſtorum pulchritudo meretricia præſtabilior eſt magiſ/
q; anteponenda/tm̄ & inter noſtras/externaſq; ſententias diſcrimen eſſe uidetur
Illi ui nāq; ſuis tractā cōpulſamq; ſentētiis afferunt probabilitatem:Hic ipſa ſola
ueritas nuda carens oībus artibus ante oīum oculos pon tur / Sed quid opus eſt
negotia nos habere/in illoꝝ ſententiis falſis/opinionibus ue redarguendis: qui
bus ſat eſt:illoꝝ libris allatis:ſummo cum ocio ſpectatores ipſoꝝ contemptionis
pugneq; ſedere/Nam neq; pauciores numero ſane:neq; dignitatæ īferiores: Sed
loquacitate/uel longo interuallo ſuperiores ſeſe illis contraria ſentientes obiectāt
Qui mundum uniuerſum igniſcere:reuiuiſcereq; rurſum e ſeminalibus iis ratio
nibus:quę remanent in ipſis rebus ignitis:renouariq; : atq; ornatum eūdem itere
oriri dicitur: Vnde & infinitos occaſus mundi:& ortus itidem introducunt: Ve
rum illi quidem a ueritate penitus ad contrarias elapſi partes:hinc & inde ſibi di
uerticula quedam exorbitationeſq; quibus ad errorem proficiſcantur inueniunt:
Nobis autem:& ad noſtros homines de ſegregatis aquis eſt quedam rat o. Sunt
enim qui reductionis altiorumq; ſententiarum cauſa ad alios cōfugiunt ſenſus:
eſſentiaſq; quaſdam ſpiritales experteſq; corporis ſignificari per aquas dicunt : &
ſupra quidem in firmamento prēſtabiliores manſiſſe:Infra uero in ipſis inquam
terrenis locis materialibus ue:deteriores : atq; malignas ſemper trahere moram.
Idcirco dicunt:& eas aquas:quæ ſuper cœlo ſunt collocate/ deum laudare . Ideſt
ꝓbas illas eēntias:qppe q̄ digne ſūt ob mētis puritatē:decētēq; acōmodatāq; red
dere laudē creatori: A q̄s aūt eas q̄ ſub cœlis ſūt collocate : ſpiritales ipſas eēntias
iprobitatis eē/ab ea nimirū altitudine:q̄ ad ꝓbitatē ſcdm naturā accōmodat̃ : in
ipm imū prauitates fundū uiciiq; delapſas: Quas ut turbulētas ut ſeditioſas / ut
effectuum/pturbationum q; procellis:ac turbine fluctuantes exeſtuanteſq; maria
nō iniuria nūcupatus fuiſſe:propter mutationis fac litatem:& momentorum uo
luntatis electioniſq; motuum inſtabilitatem:His igitur & eius generis ſententiis
uti ſomniorum interpretationibus anicularumq; fabellis eiectis:atq; poſt habitis
aquam nos ut aquam intelligamus:& ſegregationem a firmamento factam hu
morum:ea cauſa quam aſſignauimus nuper accipiamus : Atq; ſi unq̄ aquatum

ille: quæ ſuper cœlos ſunt collocate / communem omnium dominum laudare
dicuntur/Non naturas ideo ratione prẹditas illas ponimus eſſe/Nam neqꝫ cœli
participes ſunt animæ:quia gloriam enarrant Deiineqꝫ firmamẽtum animás ſen
ſu præditum eſſe cenſemus:quod effectionem manuum ipſius eũdem enũtiant:
Et ſi quiſpiam cœlos quides cõtemplatrices facultates eſſe dixerit:firmamentum
autem actrices officiorum/ac effectrices/ut eleganter quidem extructam hãc ſen
tentiam perpulchreqꝫ probabimus: Veram eſſe tñ nõ nimium cõcedemus:Hoc
eni pacto Ros:ẽt pruina:gelu/ac æſtus/cum oíum reꝫ opificem apud Danielẽ
laudare ſint uiſa:mentes quedam fuerit:inuiſibileſqꝫ naturæ:Sed ea quẹ in his in
eſt a mente preditis perſpecta ratio non parum ad percipiendas / dicendaſqꝫ lau-
des opificis rerum conducit:Non ſolum enim is qui ſup cœlos eſt humor:ut an
tecellens honore/propter ſuæ probitatis excellẽtiam laudat deum.Sed ẽt infime
res oẽs atqꝫ terrenẹ:laudate.n.ipſum draeones ſcripture iubet : & omnes abyſſi:
Quare nec abyſſum etiam ípſam quam in deteriorem intruſerunt il.partem:qui
ſententias tales afferunt pſalmorum auctor abiectam eſſe cenſuit : Atqꝫ a rebus
creatis cetæris excludendam:Sed & ipſam pro ſuis ſane ratiõibus opificis dei lau
des perinde ut res omnis cetæras ſubminiſtarẹ putauit.Et uidit deus eſſe bonũ.
Non oculos dei delectant ea quæ ab ipſo creãtur.Nec apud ipſum eſt talis:qua-
lis apud nos bonaꝝ rerum probatio eſſe ſolet:Sed bonum id eſt atqꝫ pulchrum/
quod effectum eſt:ut artis oratio flagitat:& ipſius uſum finis conducit. Igitur q
finem apertum clarumqꝫ rerum quæ fiunt/ſibi propoſuit: is ſingula quæ fiunt:
ut ad finem ſibi propoſitum pertinentia ſuæ rationibus artis animaduerſa pro-
bauit/ac laudauit/Eni uero ſi pes/ſi manus/ſi oculus/Si cetera deniqꝫ ſtatuẹ mẽ-
bra ſingula per ſe ſeorſum ſeparataqꝫ fuerint/non cuius profecto bona pulchra-
qꝫ fuerint uiſa ſin ſuo quæqꝫ poſita fuerint ordine ratá tum illorum ratio tãdem
& homini rudi perſpecta fieri poſſet/Artifex tamen:& ante compoſitionem om
nium uniuſcuiuſqꝫ bonum/ac rationem exactiſſime nouit:& laudat ſingula:mẽ
tem/ac rationem ad ipſorum exitum referens : atqꝫ finem : Talis itaqꝫ quidam
arte præditus/etiam nunc ſingulorum operum laudator opifex deus nobis de-
ſcribitur: Afferet tamen & uniuerſo ſimul accommodatam laudem mundo per
fecte iam extructo/toto ac conſtituto.Sed finis iam ſit/orationqꝫ noſtra de ſecun-
do die creationis hic deſinat. Vt auditorum iis quidem qui labori ſtudiorum in
dulgent temporis ſatis preſtetur ad ea perquirenda:quæ nunc a nobis audierunt
quo ſiquid in ipſis utile ſit id memoria teneant:& per exercitium ſtudii medita-
tionemqꝫ quaſi per quandam concoctionent utilium digeſtionum expectent: il-
autem quoꝫ uitæ curis animus:atqꝫ negotiis occupatur:ocium concedat/Vt tpe

medio rebus agendis diſpoſitis/ad oratiōum epulas ueſpertinas anima uacua cu
ris accedant. Deus aūt ipſe: qui res ut conſtat magnas creauit: & ut hæc parua ſint
dicta nunc opem tuliſſe uidet: uobis oībus omni prorſus in re facultatem ac lu/
men ad ſuam intelligendam ueritatem capeſcendamq; preſtet/ut ptim ex iis quę
conſpiciunt eum qui nō oculis cerni pōt/mente percipiatis/partim e creaturam
rerum tam mole q̄ pulchritudine conceptum congruū opinionemq; decentem de
creatore ueſtro ſumatis Inuiſibilia.n.ipſius/ut diuus Paulus ait/ a creatione mun
di per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: & diuinitas eius atq; potentia
ſempiterna/Et.n.& in terra: & in aqua: & in aere: & in celo/necnō & in die nocte
ue/atq; oībus oīno quæ conſpiciunt aperta nos intueri capereq; ſemper opificis
ide dei noſtri ueſtigia monimētaq; poſſumus/Quod ſi huic rei cauabimus ope/
ram uti debemus/neq; tp̄s ullum profecto nobis concedemus peccandi: neq; cor
dis ullum oino locum noſtræ ſalutis unq̄ inimico uacuū relinquemus cōtinua
tali memoria deum ipſum habitantem in nobis ſemper habentes: quem gloria
decet in ſecula ſeculorum.

DIXIT AVTEM DEVS CONGREGENTVR AQVÆ QVE
SVB COELO SVNT VNVM IN LOCVM: ET APPA
REAT ARIDA: ET FACTVM EST ITA: ET VO/
ÇAVIT DEVS ARRIDAM TERRAN: ET
CONGREGATIONES AQVARVM
APPELLAVIT MARIA.

SVNT ciuitates nōnullæ: quę multis uariiſq; p̄ſtigiatoꝝ ſpectaculis ide
earum folia ueluti tutiora quædam opercula craſſiuſcula ſunt quæ duriuſculi ſunt/ex tenuiores leuioreſq; ob tinēt frondes:Illud in ficis:hoc in nucibus intueri licet. Nam illis qdem ob imbecillitatem maiore ſubſidio opus eſſe cōſtat. His aūt craſſius tegmen umbræ puenientis inde cauſa nocuiſſet. Vt uitis foliū:pampinus inq; pluribus in partibus funditur:quo racemus partim incōmoda cœli ui tet:partim radios ſolis per diuiſuras ubere tēporemq; ſuſcipiat: Nihil fit prorſus quod fructibus aduerſetur. Nihil negligenter / nihil temere agitur: Nihil eſt quod cauſa careat nihil quod caſu ſorteq; fortuna prodeat/oīa in ſeſe ſane latentem admirabilemq; ſapientiam habent:Quę nam oratio tot tantaſq; res attingere pōt? Quo pacto mens humana res oīs haſce tam exacte pertractare tranſigereq; pōt:ut & uniuſcuiuſq; proprietatis proſpiciat & ad ſingulas diſcrimina clare differentiaſq; diſcernat:& deliteſcētes inſuper plene perfecteq; cauſas afferat/atq; aſſignet: Vna nimirū aqua per fibres eadem atq; radices attracta: alio modo radices/alio caducis corticem:alio lignū alio medullam alit:eadem: & folium fit: & in ramos ſurculoſq; diffunditur: & incrementa frugibus pſtat lachryme deniq; ſucciq; ſtirps eadem ex cauſa manant:quorū q̄tum eſt inter ſeſe diſcrimen/ac differentia:quis oratione conſequi pōt? Aliud eſt.n.uinci lachryma/ aliud Balſami ſuccus:Ferule quoq; quedam tam in ægypto q̄ in africa diuerſum ſucci genus il lachrymant:Fertur & ſuccinū ſuccum ſtirpiū eſſe / in lapidis naturā concretum/ Atq; id ita eſſe teſtes ſunt flocci:qui in ipſo uiſunt: & tenuiſſimæ minimęq; beſtiole:quæ cum ſuccus moliuſculus eſſet in ipſo tanq̄ in uiſco nimirum in heſere:retenteq;:ac irretitæ/fuere omnino qui nō experimento ſuccorū diſcrimina didicit/is illa ita ut in re ſunt aperta:nullam unq̄ orationem inuenerit explicantem Ab eodem rurſum humore in uite qdem uinum:In olea aūt oleum emergit: Atq; nō ſolum id mirabile eſſe uidetur:quo pacto penitus idem humor: hic qdem dulcis euaſit:ibi aūt pinguis eſt factus uerū etiam illud in ipſis dulcibus inq; fructibus qualitatis uarietatem eiuſdem in enarrabilem eſſe: Aliud eſt.n.dulce qd' ē in uite:aliud quod eſt in malo fico/ac palma Velim te uelim in artis adhuc huiuſce diligentius opificio perquirendo trahere moram atq; animo uertere: ut eadem aqua nūc lenis eſt ſenſui cum ad has acceſſerit plātas dulciſq; euaſerit: Nūc pungit guſtandi ſenſum cum ad alias diducta ſtirpes acida fuerit: Nunc in ſummum amorem uerſa ſenſum exaſperat:cum in apſinthiū aut ſcamoneam peruenerit:atq; in glandibus quidem aut Cornis:in acrem acerbamq; uertitur qualitatem. In Terebintbis aūt:atq; iuglantibus nucibus ad molliuſculam quandā oliuiq; emulam maturam mutatur. Sed cur ea ſunt afferenda quæ lōge inter ſeſe diſtant:ubi eadem in ficu cōtrarias migrat inqualitates/Eſt.n.in ſucco qdem ſūme

amara in fructu aũt ſumme dulcis: Et in eadem itidem uitæ in cacuminibus qdẽ
eſt peracerba in racemis autem ſuauiſſima: Quot preterea differentiæ ſunt colorꝝ
Eandem in pratis aquam profecto conſpexeris hoc in flore rubeſcentem. In alio
purpuream: Et in hoc ceruleam in alio albidam: Quin & longe plures odorum
tibi differentias offerentem inueneris: q̃ ſint ipſe uarietates differentiæq; colorꝝ:
At.n. orationem noſtram inſacietatis incontemplando gratia in longum ſeſe ul
tra modum extendere ſentio quam niſi uinctam a creatione uiolenta detraxero:
deficiet mihi profecto dies: magnam ex paruis exiguiſq; rebus dei uobis ſapienti
am demonſtranti: Germinet inquit rerꝝ opifex terra lignũ pomiferũ fructum fa
ciens ſup terrã: & montium continuo uertices perinde atq; comis arboribus ope
riebantur orti ſuis cum oblectamentis omnibus agri conſiti ſummo cum artifi-
cio protinus conficiebantur ac exurgebant: Amnium ripe generibus ſtirpium in
numeris ſine ulla mora ueſtiebantur: ac ornabant̃. Que partim ad exornandam
hoĩs menſam/partim ad preſtandam pecoribus/tum ex frondibus tum ex frugi
bus alimoniã: partim ad ea ſubminiſtranda quibus medendi facultatis ſolertia cã
ualitudinis uteretur: ſuccos/lachrymas/floccos / cortices fructus precepto diuino
locupletiſſime tellus edebat: Nam quæ nobis experientia tandem diutina cõpe-
rit/e ſingulis uariis diuerſiſq; caſibus: atq; euentibus id eligendo ſemper qđ ad
degendam uitam/tuendamq; conducit: quod frugi eſt: ea prouida ſapientia ſo-
lerſq; dei conditoris mundi facultas inde ab initio proſpecta creauit. Tu uero cũ
urbanas ſilueſtres: aquatiles terreſtres flores gerentes floribus haud prȩditas ſtir-
pes conſpexeris ex hiſce rebus exiguis deo maximo cognito admirationem ſemp
accumulato ac tuũ erga rerꝝ illum opificem/amorem: caritatemq; augeto/ pſcru-
tari uelis quomodo ſtirpiũ alias ſempiterna coma uirentes: alias haud ſemp uirẽ
tes fecit: & illarꝝ alias nõ eodem folio: alias eodem frondentes: Decidunt.n.tam
oleæ q̃ larici frondes: & ſi ſenſim oculteq; adeo folia mutant: ut haud unq̃ extur-
bari denudariq; coma propria uideant̃/Sed palma ſemp a prima germinatiõe ui
delicet eiſdem ad finem uſq; foliis frondet/Deinde & illud animaduerte Myri-
cas inq̃ quaſi uitam ancipitem degere: ut & inter aquatiles enumerẽtur & copio
ſe ſint in deſertis: Qua propter & improbiores mores ancipiteſq; talibus diuus
ille Hieremias haud iniuria ſtirpibus ſimiles eſſe dicit. Germinet terra. Hoc per-
breue præceptum: natura tum ilico non mediocris artificioſaq; ratio fuit mentis
agitatione noſtrȩ celerius innumeras ſtirpium cõficiens peragenſq; proprietates:
Hoc ẽt nunc inſitum telluri preceptum ipſam quotannis ſuas quas habet uires
ad herbas ſemina frutices arboreſq; generandas elicere cogit/atq; impellit: Nam
uti turbines a primo ſemper ipſis edito foris ictu ſequentes efficiunt conuerſiões

uertigineſq cum ipſo mucrone fixo in ſe ipſis uerſantur/ ſic & naturæ ſane proceſſio inde a primo illo imperio principio ſumptoiper omne tempus accedēs eodem ordine proficiſcitur ad e:dem ſemper agenda quouſq tandem ad ipſam cōmunem uniuerſi peruenerit conſumationem at quam:& nos omnes referti fructibus:plenią bonorum operum properamus. Vt in edibus domini ſanti:i atriis dei noſtri perfloreamus:Quem decet honos & gloria in ſecula ſeculorum.

DIXIT AVTEM DEVS FIANT LVMINARIA IN FIRMAMENTO COELI : VT LVCEANT : ET ILLVMINENT TERRAM: ET DIVIDANT DIEM ET NOCTEM.

SPECTATOREM certātium pticipem : & ipſum alicuius eſſe uehementie uigoriſq oportet:Idq ex inſtitutis quiſpiam ludoꝝ conſpexerit quæ ſedentes in cauea nudo ſedere capite iubent: quo nō ſolum ut mihi uidetur certantium ſit ſpectator:Sed etiam certantem in parte ſeſe quiſq uideatur offerre/Eodem itaq mōdo magnoꝝ etiam admirabiliumq ſpectaculoꝝ inquiſitorem:eorumq auditorem:que a ſumma uere ineffabiliq ſapientia ꝓfluxerunt adminicula quedam ex ſeſe nimirum habentem acceſſiſſe oporteret ad ea quæ proponuntur ſpectanda : participemq mecum certaminis quo ad facultas ſuppetit eſſe:non magis iudicem.q̄ ſocium mihi certaminis aſſiſtentem ne fortaſſe nos prætereat inuentio ueritatis errorq meus cōmunit auditorum iactura fiat Cur igitur ita ſum exorſus: & quorſum hæc tendunt? Quia cum mundi conſtitutionis inquiſitio nobis uniuerſiq contemplatio proponatur : principia cuius non ex mundi ſapientia ſed ex hiis quæ ſeruum ſuum deus Moyſem docuit / ac erudiuit/in forma loquutus illi:& nō p ſirpos ſumēda ſunt eos oino q reꝝ non mediocrū ſpectandaꝝ auidi ſunt/nō in exercitatā mētem ad ꝓponendaꝝ nobis reꝝ pceptionem habere neceſſe eſt:Si unq̄ ita nocturno tpe ſerenoq cœlū admirabileq ſtellaꝝ ornatū ac ſpēm ſuſpexiſti uenitq ſubinde tibi in mentem artifex uniuerſi.qſnam is ſit q ſyderibus hiſce ueluti floribus celū miris modis diſtinxit ac perornauit/egitq ut uſus ipſoꝝ/utilitaſq delectatiōem ex tāte pulchritudinis aſpectu capiendam exuperet/ſi tpe rurſus diurno cogitatione menteq ſobria mira diei ſpectacula didiciſti Atq p ea q̄ cernunt cum q nō cernitur animaduertiſti paratus auditor ꝓfecto cætuq dignus huiuſce glorioſi/ perbeatiq ſpectaculi/ caueæq iam acceſſiſti: Age igitur:& ipſi uos tanq̄ hoſpites:perinde atq ii factitare ſolent:qui inſolentes homines urbium prehenſa circumducunt manu ad huiuſce magne urbis luſtrantes occulta miracula perducamus : Hac in urbe ſane in

qua uetus eſt illa patria noſtra aqua expulit nos homicida demon ille:ac eſca ſua dolisue mancipium hominem traxit. primum hominis conſpicies ortum & mortemq; eam: quæ nos protinus occupauit quamq̃ delictum peperit primogenita proles demonis principes uitiorum: Atq; te ipm̃ noſces terreum quidem natura Manuum aũt diuinaꝝ opus. Et uiribus quidem animantibus expertibus ratiõis/ uel longe inferiorem omnium aũt/tam ratione q̃ animo uacantium diuina uoluptate ſententiaq; principem conſtitutum: Inferiorem quidem apparatu naturæ/ rationis aũt copia/ uel ad celum uſq; ſeſe efferendi preditum facultate / Sed hæc didicerimus noſmetipſos utiq; cognoſcemus. Deum percipiemus: Creatorẽ adorabimus: Dño ſeruiemus gloria parentem afficiemus/ Altorem noſtrum: amore Caritateq; proſequemus eum qui nos beneficia contulit uenerabimur: Originẽ deniq; noſtræ uitæ datoremq;/cũ pręſentis tum etiam futurę nõ poſthabebimus Qui porro per eas diuitias quas a ſe profluxas parataſq; nobis iam preſtitit & ea bona quæ nobis pollicetur fore oĩno certiores nos facit: & pñtium experientia rerum qualia ſunt ea quæ expectantur oſtendit: Nam ſi ea quæ nõ niſi per exiguo tempore/perſiſtunt talia ſunt quales eſſe res illas perpetuas exiſtimare oportet: Et ſi ea quæ conſpiciuntur adeo bella ſunt adeo pulchra qualia putãda ſunt ea quę non cernuntur? Si magnitudo celi mentis humanæ metiendi facultatem exuperat: que ita mens: que ratio queſo rerum inueſtigare ſempiternarum natura poſſet. Si ſol iſte caducus occiduus adeo pulcher eſt/adeo magnus: acerrimus q̃dem in ſeſe motu ciendo/ſuas autem peragens ordine miro reditiones moderata quidem ad uniuerſum preditus magnitudine: ut haud quanq̃ rationem ad ip̃m ratam egrediatur: pulchritudine uero naturę quaſi q̃dam oculus ſplẽdidus creaturam ipſam decorans huius aſpectus inſatiabilis eſt: qualem nam ipſum eſſe iuſtitiæ ſolem arbitrari nos debemus ſi ſolem hunc haud conſpicere detrimentũ eſt homini ceco: quod damnum quod detrimentũ eſt peccatori: ueriſſima illa perpetuaq; luce carere. E dixit Deus fiant luminaria in firmamento cœli/ut luceant ſuper terram: diuidant diem ac noctem: Celum in creatione terraq; p̃ceſſit lux poſt cęlum/& terram creata eſt: Tum firmamentum eſt ortum. Arida dein emerſit/ atq; aquæ confluxerunt unum in locum ac definitum: Terra demum ſuis prolibus fuit referta innumeris herbarum inde generibus editis formiſq; uariis fruticum arborumq; exortis. Sed nondum erat ſol neq; luna ne lucis originem patrẽ q; ſolem appellarunt: ut eorum quæ naſcuntur e terra creatorem cenſerent eſſe: q deum ignorauerunt: Iccirco quartus iam dies acceſſit: & tunc deus dixit. Fiant luminaria in firmamento cœli: cum perceperis eum qui dixit illico cogitatione cũ ipſo copules eum uelim q audiuit: Deus dixit fiant luminaria : & fecit deus duo

luminaria? Quis dixit? & quis fecit/nōne animaduertis in hiſce nō concipis mē
te duas perſonas: Vbiq; hæc ſententia hoc edictum theologiæ/hac in enarratio-
ne ſparſum eſſe uidetur: Et additur iis quæ dicta ſunt: officium uſuſq; luminari-
us ortus: Vt diuidat diē ac noctem: & ſint in ſigna: & tpa: & dies: & annos: & luce
ant in firmamento cęli: & illuminent terram: Si lucis ortus ſolem anticipauit cur
nunc ſol ut illuminet terrā exortus dr̄ eſſe/Non aduerſant̄ hæc illis ſane que de
luce ſunt dicta. Tūc.n. ipſa natura lucis eſt orta: Nunc aūt hoc ſolis corpus extru-
ctum eſt/ut illi primogenite luci uehiculum eſſet: Nam ut alia diuerſaq; ſunt: &
non eadem ignis atq; lucerna: & ignis qdem illuminandi uim obtinent lucerna
aūt idcirco facta eſt: ut ignem eoꝝ cauſa gerat quibus illo eſt opus: ſic & illi pu-
riſſime ſincere/materiaq; uacāti luci uehicula nunc ipſa luminaria ſunt extructa
Iam uero diuus apoſtolus luminaria quedam ſanctos inq̄ hoīes in mūdo fuiſſe
dicit: At magna nimirū inter illos uera q; lucem intereſſe uidetur: Cuius illi par-
ticipes/eas animas quas erudiebant ab ignorationis tenebris euocantes: Lumina-
ria non iniuria ſunt nuncupati: Quæ cum ita ſint: & ſolem hunc itidem in uni-
uerſo quarto die creatum illa ſplendiſſima luce deum opificem accendiſſe cēſere:
nō abſurdum ſane/Sed conſetanē eſt rationi: at qui nemini uideat̄ id quod dixi
mus: nō eadem inq̄ eſſe: lucem & quod luci ſubiicitur corpus credendū ueluti fi
ctum nō eſſe primū.n. res oēs cōpoſite/ſic a nobis diuidi ſolent in ipſam eſſentiā
ſuſceptricem & in eam quę ipſi accidit qualitatem. Vt igitur diuerſa ſunt hęc na
tura albedo inq̄: & corpus albedine delibutum/ſic & ea quæ modo diximus dif-
ferunt qdem natura/Vnita tn̄ ſunt potentia Creatoris: Atq; dicere noli: fieri nō
poſſe/ut lux a corpore ſolis ſeparetur: Neq;.n. ego lucis a ſolis corpore ſeparatio
nem tua meaq; opera fieri poſſe dico: Sed aſſerendum eſſe cenſeo: quæ mētis agi
tatione: cogitationeq; noſtra libera ſeparant̄: ea re ſe iungi facultate creatoris utri
uſq; naturæ poſſe: Nam & ignis urende uires ab eius ſplendore tu quidem ipſe
ſeparare minime uales: Deus autem mirabili ſeruum ſuum aſpectu conuertere
cupiens: in rubum ignē ſplendore ſolum agentem: ocioſa autem flagrandi urē-
diq; facultatem hn̄tem imiſit/ut & pſalmus teſtatur uox dn̄i dicendo præciden-
tis flāmam ignis: Vnde & ſunt qui cum pro his: quę in uita geſſimus merita no
bis retribuentur ignis diſperſam fore naturam: & lucis oblectamentum iuſtis fla
grationis dolorē puniendis diſtribuendum eſſe dicunt. Deinde tamen: & in affe-
ctibus lunæ eoꝝ quæ diximus inuenire poſſumus fidem: Seneſcēs.n. luna decre
mentaq; ſuſcipiens: nō corpore toto conficitur: Sed lumen quo afficitur ipſa de-
ponēs iterūq; aſſumēs decretiōis accretiōiſq; nobis ſenſionē pſtat: Enīuero lune
corpius haud abſumi cū ipſa decreſcit/argumēto dilucido ſunt ea quę cernimus

licet.n.tibi liqdo in aere atq̨ oĩ nebula liberato cum potiſſimum in cornua luna curuatur partem ipſius obſcuram/Lumineq̨ carentem orbe tanto circũſcribi cõ/ſpicere q̃tus totum ſplendorem cũ ſinuatur in orbem obit/ut aſpectu ſinũ obſcurum aeris emulum ad eam referente partem quæ lucet/integer totuſq̨ orbis per/ſpicue uideatur/Et noli mihi proferre lucem aduentitiam eſſe lunæ:propterea q̨ iminuitur qdem cum ſolem uerſus motu cietur/ accreſcit aũt cum ab eodem di/ſcedit:Non.n.hoc in pñti nobis inueſtigandum proponitur: Sed illud aliud eẽ lunæ Corpus aliud lucem ipſius qua lucet.Eadem igitur intelligenda ſunt:& de ſole:Verum ille quidem ſemel ſuſceptã ſecumq̨ imixtam lucem nunq̃ deponit: luna uero continue quaſi ſeipſam expolians atq̨ ueſtiens luce / & ea que de ſole ſunt dicta ſeipſa uiciſſitudinibus ſuis hiſce confirmat: At uero non ſolum illuminare terram hæc luminaria ſed etiam diuidere diem:& noctem ſtatuum dicit̃ eſſe Etenim ſuperius quidem a tenebris lucem diuiſit:Ipſorumq̨ naturam / tum ad contrarium ſtatum/dimouit adeoq̨ ſeiunxit:ut inter ipſa nulla ſit prorſus imixtio:Luciq̨ cum tenebris nihil ſit omnino comertii:Quod enim umbram diurno tpe nouimus eſſe id noctu tenebrarum naturam eſſe putare oportet: Nam ſi oĩs umbra ſplendore aliquo lucẽte:aduerſa luci ſemper ab obiectis corporibus excidit & mane quidem ad occaſum protenditur:ueſpere aũt orientem uerſũs de clinat/& in meridie rurſum ad ſeptentrionts iacitur plagas:nos quoq̨ pari modo contrarias ad partes radiis ſane cedit nec aliud quicq̃ eſſe natura:q̃ umbra terre ui det̃: Vt.n.interdiu ſemp ab opponente ſeſe corpore luci decidit ipſa umbra: nec alius ullus ipſius eſt ortus/nec alia ulla natura: ſic & in aere nox ipſa ſane terræ circumfuſo:cum umbris obiectu telluris afficitur: cõſiſtere ſemper ſuapte natura ſolet: Atq̨ id dictum illud ſignificat:Et diuiſit deus a tenebris lucem:Quippe cũ tenebre lucis incurſiones minime patiantur ſed fugiant:hoc inter ipſas primo iã in ortu diſcrimine hac naturali diſcordia conſtituta. Nunc aũt metiende qdem diei ſolem præficit:Lunam aũt cum luminis plenum totum:ſuum obtinet orbẽ principẽ noctis cõſtituit:Tũc.n.hæc lumina e regione diſpoſita ſunt: ſibiq̨ fere p diametũ opponunt̃/In pleniluniis.n.exoriẽte ſole luna deſcendit/ ac deliteſcit occidẽte exorit̃ ſepenumero ex aduerſoq̨ exurgit/Quod ſi ceteris in formis.atq̨ figuris nocti lunæ lux nõ equatur/nihil ad inſtantiam ſermonẽ refert: Nã cũ eſt in orbẽ ſinuata lumineq̨ tota referta tũ noctis qdẽ obtinet principatũ ſuo lumine ſtellas illuminãs:& uniuerſam colluſtrãs tellurẽ aq̨ uero atq̨ ſol ſpacia tpis ſecat: Et ſint inſigna:& tpa & dies & annos neceſſariæ pfecto ſunt luminarium in hoĩum uita nationes:Nãq̨ ſi nõ ultra modũ/ſigna qſpiam:quæ ab ipſis pſici/ſcunt̃ exploret utiles ipſoꝝ obſeruationes eas inueniet quas experientia longa

probauit:Complura cuiq; ſane de imbribus complura de ſiccitatibus: Complu
ra de flatuum agitationibus/aut in parte/aut in uniuerſo / uehementioribus aut
leuioribus diſcere licet:Iam & unum quid eoꝝ: quæ a ſole ſumuntur/dominus
nobis hiſce uerbis:Hodie tempeſtas erit Rutilat.n.triſte cœlum: Cum.n.per ca/
liginem aſcẽſus fuerit ſolis:radii tum obfuſcant̃:Ipſe rutilus ueluti pruna: colo/
req; prope ſanguinis emulus cernit̃ aeris craſſitudine ſenſionem hanc in aſpecti/
bus noſtris efficiente:Quod ſi nõ diffuſus a radiis tũ aer ille denſus:atq; cõſtans:
diſperſuſq; fuerit apertũ eſt ob uaporum illum effluentiam/ e terra tunc aſcendẽ
tium:uinci ſuparicq; non potu'ſſe/Sed humoris copia tandem eas in regiones in
qbus ſe colligit hyemem eſſe tempeſtatemq; allaturũ:Similiter & luna cum calli
ginoſo humore circumdat̃ idem portendit:Et cum orbes ii ſolem cingũt/ quos
areas appellare ſolent:aut copioſa pluuia nimiũ/aut flatuũ uehemẽtium conci/
tatio pmonetur:Quin ẽt ii quos aduerſos ſoles appellant cum ſolis conſequunt̃
dilationem:affectuum quorundam aeris preſagia fiunt. Quẽadmodum & uir/
gule colore arquus pluuii predite/ recte in nubibus apparẽtes imbres ſeuos / aut
tempeſtates atrociſſimas:uentoſq; truces aut aeris omnino nõ mediocrem muta
tionem protendunt:Complures quoq; ſignificationes: & circa lunã obſeruarũt
accreſcentem:decreſcẽtemq; qui huic ſtudio operam impenderunt:tanq̃ aere ne/
ceſſario cum lune formis una mutationes ſuſcipiẽte: Tertio nãq; die ſi tenuis ſit
puroq; nitore fulgeat/ſerenitatem puram prenũtiat:atq; ſpondet:ſin craſſa carni
bus rubicũdaq; cernat̃/aut impetuoſam e nubibus aquam / aut horridam auſtri
concitatiõem minat̃:Quanto aũt emolumento ſint uitæ humanæ:quantãq; uti
litatem eidem pſtent:tales ex hiſce luminibus obſeruatiões quis ignorat:licet na
uitæ ſuã intus in portu cõtinere nauẽ pericula quæ uentoꝝ pueniunt preuidẽti
licet Viatori incõmoda cœli uitare ex ipſa cęli triſtitia:mutatiõem aeris expectãti
licet & agricolis q in ſerendis ſeminibus/culiuq; ſtirpiũ elaborant oĩum hinc of/
ficioq;:opumq; ſuoꝝ exercendoꝝ opportunitatẽ tempuſq; ſemper idoneũ inue
nire:Iam uero diſſolutionis ẽt uniuerſi ſigna dñs ſolẽ daturũ:& lunã: ac ſtellas
prædixit:Sol uertet̃ in ſanguinẽ:& luna nõ dabit lucẽ ſuã:Hec uniuerſi cõſuma
tionis ſunt ſigna:Sed hoies ii q ultra ea q̃ culta ſunt ſaliũt:ut uetere puerbio dr/
ad eius ẽt patrociniũ defenſionẽq; ptis ſideralis ſcientiæ q̃ in oĩum ortu uerſat̃:
hãc trahere ſniam ſcripture conant̃: Atq; aiũt uitam nr̃am humanã a celeſtium
corpoꝝ motiõe pẽdere:& hãc ob cãm ex ſideribus a chaldeis eoꝝ notatiões effe/
ctuũ:q nobis accidũt fieri:Sermonẽq; ſimplicẽ hunc ſcripturæ: Sint inq̃ inſigna
nõ eoꝝ affectuũ:qbus afficitur aer:neq; mutatiõum tẽpoꝝ ſed ſortis hoium uitę
ita prorſus ut opinant̃ eiſq; placet intelligũt.Quid.n.aiũt Stellaꝝ meantiũ cum

ii ſideribus nexum: quæ ſignifero in orbe ſunt collocata/ſi talis effigie figuræ cõcurſus eoꝝ fuerit tales ortus hoīum agere: Sin talis: cõtrariã ortus uitæq́ ſortem efficere/ De qbus ſi parump diſſeruerimus/ haud ab re forſan fuerit parum altius diluciditatis cauſa principio ſumpto. Dicam aũt nihil ex meipſo ſane/ Sed illoꝝ ipſoꝝ ad illos redarguendos ſententiis utar: Hinc.n.iam occupatis hoc morbo remediũ ceteris ne ſimiles in errores incidant ſecuritas afferetur: Auctores dictæ facultatis ac inuentores huiuſce cum in tpis ſpacio complures dilabi figuras ſeſeq́ fugere percepiſſent in anguſtum admodum tpis contraxere menſuras ac occlutere: quippe cum maximũ ſit ad ortum ortus diſcrimẽ: & ipſo quoq́ minutiſſimo atq́ momento quale dicit id apoſtolus eſſe quod indiuiduo ac oculoꝝ ictu conſiſtit/ Vt iis qdem qui hoc in momento genitus eſt tyrãnus ſit ciuitatũ populorũq́ princeps locupletiſſimus prepotens: Is aũt qui natus eſt tpis ſequẽti momẽto: pauper qdam inops peregrinus ex hoſtiis hoſtia petens quotidiani cõſequendi cauſa uictus. Quã ob rem eo orbe: qui ſignifer appellať duodecim in partis diuiſo cum in triginta dieꝝ ſpacio partem ſol eius globi tranſeat duodecimam quem in erantem appellanť: triginta in portiones ſingulas illas duodecim partis ſecarunt. Tum ſingulis portionibus illis in ſexaginta minutis diuiſis: minuta hæc ſingula rurſum in alia ſexaginta modo ſimili diuiſere poſito igiť enixu uideamus obſecro/ ſi hanc exactiſſimam tpis diuiſionem auctores hi ſibi ualeãt cõſetuare: Nã ſimul atq́ nata eſt æditaq́ in lucẽ ꝓdet: mas an femella ſit obſtetrix illam explorat/ Tum uagitũ expectat infantis nimirũ iudiciũ uitę: Quot hoc tpe uix ſexageſima preteriiſſe minuta. Dicit obſtetrix deinde Chaldeo partum q editus eſt: Quot in minutiſſimis ius illis ponamus obſtetricis uocem præteriiſſe: pręſertim ſi forte fortuna fuerit nõ inclocaui Chaldeus ille pñs: Sed in edium atrio aut ueſtibulo tp̃s horãq́ reponẽs. At cũ q definiturus eſt diligẽter tp̃s ac horam: exploratoria nimirũ horaꝝ pcipe: ſiue diurna ſint/ ſiue nocturna oportet: Quot minutoꝝ hoc quoq́ tpe q̃ſo puolat p̃teritq́ examẽ: Cõptã.n.eã eſſe ſtellãiq̃ tp̃s: horaq́ ſit explorãda: nõ ſolũ quota in pte eſt duodecima: Sed ẽt q̃ in duodecime portiõe ptis: in quotoq́ minuto eoꝝ inq̃ i q̃ diuidi diximus portiõem aut ut exactiſſime cõpiať: quoto i ſexageſimo eoꝝ i q̃ ſubdiuiſa ſũt ſingula ſexageſima illa pria neceſſe ẽ: Atq́ hãc tñ adeo tenuẽ ſubtileq́ tpis inuẽtiõem/ q̃q̃ attingere nequeũt ſingulis i ſtellis errãtibus faciẽdã eẽ neceſſario dicũt: ut q̃lẽ ad adherẽtes celo ſtellas ipſe diſpoſitiõem hẽrent: q̃liſq́ ipſaꝝ eẽt iter ſeſe figura/ cũ in lucẽ ederet fetus: cõp tũ ſit tãdẽ/ ac exploratũ: Quę cũ ita ſint ſi fieri nõ põt / ut tp̃s illud exactiſſime quiſq̃ attingat: uariationeq́ tempis ſit / ut tota uia penitus aberretur: deridendi profecto non mediocriter eſſe uideanť: tã ſi q ſtudio huius indulxerũt

artis:quam in ratione rerum non eſſe conſtat:q̃ ii qui hiantes ab illorum ore pẽ
dent intenti/proinde quaſi omnia illi ſcire poſſident:quæ ipſis ſunt euẽtura: At
qualia queſo ſunt & effecta:quæ inde aſſerunt prouenire: Criſpum niquint quẽ
piam eſſe capilo gratũq; aſpectu: Eſt enim editus in lucem arietis tempore: Tale
autem ipſum animal aſpectu quodãmodo eſſe uidetur: At eſt:& animo grandi:
atq; elato:quippe cum:& aries dux ſit ſuapte natura: Et ad erogandũ idoneus &
item ad acquirendum: Nam hoc animal & cum idolentia uelus deponit: & a na
tura facile rurſum eodem ſane ueſtitur/ Sed & in tauro natum labioſioſum eſſe
dicunt:atq; ſeruilem:qm̃:& taurus iugo ſubiicitur: Eſt:& qui ortus eſt in ſcorpio
ne propenſus ad feriendum:atq; ad inferendos ictus paratus ob ſimilitudinem
feræ:& iuſtitia preditus itidem is:quem enixa eſt ſua parens tp̃e libræ/nõ niſi ob
trutinę lanciũq; nr̃i inq̃ inſtrumenti:quo pondera libramus æqualitatem: Quid
his ineptius:quid inſulſius? Quid ridiculoſius fuerit? Aries his a quo natiuita-
tem hoĩs ipſe ſumus:celi pars eſt duodecima in qua cum fuerit ſol puncta uerna
ſignaq; tangit:& ſcorpio ſimiliter/atq; taurus partem orbis ſigniferi duodecima
occupat. Cur igitur illinc uniuſcuiuſq; uitæ hoĩs precipuas proficiſci cauſas affe-
rens/ex iſtis pecudibus natorum hoĩum mores exprimis:atq; effingis. Eſt autem
is ad erogandum proclius: qui natus eſt in ariete:nõ quia par illa cęli tales effi-
cit mores/Sed quod hęc pecus naturam talem ſortitur: Cur igitur a ſiderum qui
dem dignitate credere tibi oportere nos cenſes:eniteris autem hec eadem perbal
latus nobis perſuadere nam ſi Cœlum tales morum habeat proprietates: ab ani-
malibus iſtis ſumptas ipſum etiam celum:alienis principiis eſt ſubiectum: q̃ppe
cũ a pecoribus cauſas pendentes habeat tales: Sin id aſſerere ridiculum ſit:longe
magis ridiculũ eſſe conſtat:ex iis quoꝝ nulla prorſus affinitas eſſe uidet̃:ſenten-
tiam illam mitti ueriſimilem eſſe:atq; probabilem demõſtrare: Sed hoĩum iſtoꝝ
elegantes iſte ſententie ſapienteſq; rationes:per ſimiles ſunt araneaꝝ telis:in quas
ſi culex ſi muſca:ſi quippiam aliud inciderit inualidis hiſce beſtiolis ſimile irreti-
tum retinetur:euadereq; non põt: Sin ualidiuſculum irruperit animal ip̃m faci-
le admodum elabitur:atq; penetrat:& exiguas illas diſcindit telas:ac demolit̃ At
q nõ in his ſolum hæc aſſerunt: Sed ẽt eoꝝ cauſas corporibus cœleſtibus tribue-
re pergunt:quoꝝ uolũtatem electionemq; cuiuſq; nr̃m dominã eſſe cõſtat:ope-
rationum inq̃ probitatis atq; improbitatis: Quam ſententiam confutare atq; di-
luere:alioqdem modo ridiculum ineptumue ſane uidet̃. Sed qa pleroſq; hoĩes
hoc errore p̃occupatos eſſe nõ ignoramus eam extenuare forſitan:ac iminuere:&
haud ſcilẽtio preterire ne ieſſe eſt: Primũ igitur illud ipſos interrogabimus / Tit
ne ut ſingulis milies diebus ſiderum figure mutentur:ac uarientur? Nam cum

ũage ſtelle perpetuo continueq; moueantur:& partim celeriore : partim tardiore
motu ſuos efficiant orbes:fit ut eadem in hora ſepenumero tum mutuo ſeſe cõ/
ſpiciant ipſe tum occultentur:Et cum maximam uim habeat in hominum artu:
ab effectrice bonorum/an malorum conſpici ſtella ut ipſi cenſent : fit ne ut ſepe
cum haud id attingerint ipſi tempus quo bonorum effectrix ſtella dominabat̃
ob unius ignorationem minuti eam tũ/ut in mala ſitam fortuna deſignent:˜Co
gor enim eiſdem nunc uti uerbis:quibus:& illi ipſi uti conſueuere:In uerbis igi/
tur huiuſmodi magna quidem amentia:multo uero maior impietas continetur:
Cauſa namq; malignitatis ad opificem ipſarum redundat:Nam ſi natura ſtellis
competit malum:ipſe ſane creator effector erit malignitatis ſin improbe uolun/
tate ſua maleq; euadunt:primũ animantes rationis participes erunt: & abſolutis
appetitionibus imperioſiſq; nimirum utent̃ q̃dem in animis falſo tribuere:ſum
mæ dementiæ conſtat eſſe: Deinde quantum a ratione diſſonat malum ac bonũ
non pro dignitate cuiq; deſtribuere ſtellam/Sed cum hoc in loco fuerit/bona p̃/
ſtare:cum ab hoc conſpecta ſidere fuerit/mala eandem prebere:cum parump de/
niq; declinauerit a figura ſuæ protinus obliuiſci malignitatis ˜ Sed hæc quidem
eo uſq; ſint dicta.Si uerò ſingulis in momentis temporis : atq; punctis/in aliã ſi/
dera figuram mutantur/in innumeris aũt huiuſcemodi mutationibus:Regie cõ
plures natiuitatis efficiuntur figure : Cur ſingulis quæſo diebus non Reges na/
ſcantur. Aut cur apud ipſos Reges omnino Regna per ſucceſſiones/ tradantur˜
Non enim ſui quemq; filii Regem ortum/ad Regiam ſiderum figuram obſer
uantem accomodare dicere auderent:Quis.n.mortaliũ rei talis dñs eſſe poteſt˜
Cur ergo Ioathanũ : Ozias: Achaſum Ioathamus Ezeciam Achaſus genuit &
hoꝝ ſeruilem ortus hoꝝ offendit nemo: Deinde ſi non nõ in nobis probaꝝ : ac
improbaꝝ opationum principia collocãtur:Sed ex ortu neceſſitudines in nobis
emergunt: uacant profecto legum latoris agendas res:& non agendas : ſed fugi/
endas definientes/ Vacant iudices etiam uirtutem honore uicium pęnis afficiẽ/
tes/Non.n.iniuria cõmiſſa furis eſt aut latronis quippe cui neq; uolenti q̃dem
ob ineuitabilem ip̃m impellẽrem ad agẽdum neceſſitudinẽ manũ cõtinuiſſe lice
ret. Vani deniq; oium ſunt:& q dant artibus opam in ipſiſq; elaborãt:Sed com/
pos quidem erit agricola ſui uoti:neq; ſeminibus ullis iactis: neq; ad meſſem fal
ce parata.Diues autem admodum ipſe mercator:etiam inuitus euadet. ipſe pecu
nias aggregante/ Sedulo accumulanteq; fato / Spes denique magnæ ille noſtre
ſancte Religionis:euaneſcent omnino nobis atq; peribunt : quippe cum neque
iuſtitia honoribus ullis afficiatur neque peccata delictaque puniantur/ propter/
ea quod nihil protſus ab hominibus ſponte agitur / neque an uoluntate :

Nam ubi neceſſitas urget fatumq; dominatur/nullum id ibi locum quod: pro dignitate penditur obtinet/id inq̃ id quod iuſti iudicii munus eggregium & pre cipuum eſſe conſtat/Sed ad illos eo uſq; ſit diſputatũ:Neq;.n.uos pluribus uerbis egetis:quippe qui a uobiſmetipſis eltis prediti ſanitate: & tempus non patiẽ ultra modum nos ad illos differere. Ad ea noſq; deinceps dicta ſunt redeamus oportet.Sint inquit inſigna & tempora:& dies:& ãnos. Dictum iam eſt a nobis de ſignis.Tempora aũt exiſtimamus ſcripturam dicere.quatuor uiciſſitudines tẽporum/hyemis inq̃ ueris/eſtatis/ac autumni:quoq; ordine miro/reditio ab ordinatiſſima proficiſcitur luminariũ motione/Tunc.n.fit hyems:Cum ſol in auſtrinis regionibus moram trahit: Vmbráq; eam in qua nox ipſa conſiſtit circa hanc noſtram plagã copioſam adeo facit:ut refrigeſcat quidem aer inde telluri ꝓpinqus omnes aũt exhalatiões humide circa nos coacte imbriũ glaciei niuiſq; copioſiſſime cãm atq; materiã preſtent:at cum rurſum remeans auſtrinis a finibus ad ip̃m medium tendit:ut æque partiatur diei noctiſq; tp̃s:quanto ſuper terrã plus moræ trahit:tm̃ temperiei proportione reducit:atq; uer oritur cunctis qdem ſtirpibus partim germinandi/partim reuiuiſcendi cauſa. Animalibus aũt tam terreſtribus:q̃ aquatilibus omnibus ſucceſſione prolis generis conſeruatio/ Iam uero ſol illinc urſam uerſus ad ſolſtitia pergens eſtiua:dies nobis maximos reddit: Et quia plurimo tp̃e tũ hoc in cælo moratur/ideo tũ:& aerem noſtrũ perurit & uniuerſam tellurem exiccat:ſeminibus inde maturationem ſubminiſtrando:& ad cõcoctionem fructus arborum cõpellendo:cum & flagrãtior ſeipſo ſentitur : & breuiores umbras meridie facit:propterea quod ab excelſo noſtras has illuminat regiones: Maximi nãq; dies ii ſunt in quibus umbre breuiſſime fiunt. Breuiſſimi quoq; dies ii ſunt qui longiſſimas umbras habent.Idq; apud nos accidit umbra quorum ad partem dum taxat alteram excidit quiq; tractus aquilonios habitamus.Nam ſunt qui medio dierum anni duorum & penitus umbra carẽt ſupra quorum uertices ſolem tum eſſe:ac ęque ambire ſuo lumine certum eſt per oraq; anguſta ꝓfundorum aquas puteorum/etiam ſua luce luſtrare/ Hos ea de cauſa ſunt qui uacuos umbra uocant.Eorum preterea qui ultra Arabiam odoriferam illam/ac diuitem:& beatæ cognomine inclytam incolunt:utrãq; uerſus partem umbræ uiciſſim excidere ſolent.His enim ſoles mortalium orbem hunc habitantiũm nr̃m/id ut peculiare quid contigit/ut & auſtrales uerſus Regiones eorũ umbræ meridiæ caderent: Vnde & a qbuſdam utrinq; umbriferi nuncupanẽ Hæc aũt oĩa porro tũ euenire uidenẽ cũ ad aqlonias ſol iã pmeauerit plagas: Ex his cõiectura ſumere licet q̃tus is ceſtus eſt:quẽ ſol in aerem ſuis radiis imprimit q̃leſq; effectus agere p̃t:Hic autũni tp̃s deiceps ſuccedẽs eſtus qdẽ ſiniſtra frãgit

exuperationes:Calorem autem paulatim temperamenti mediocritate remittens
innocue nos ad hyemis tempus:frigoraq́ perducit ad auſtrinas ſole uidelicet re
giones tum ab aquiloniis remeante/Hæ temporum uiciſſitudines:hæ uarietates
quatuor/hæ ſolis propriis motionibus emergentes/uitam nobis per bene diſpo/
nunt/ac adminiſtrant.Sint inquit:& in dies:Non ut dies efficiāt:Sed ut ipſis die
bus præſint:Dies enim & nox luminariū ortum anteceſſerūt:Id ita eſſe declarat
& ipſe pſalmorū auctor:poſuit inquiens in poteſtate diei ſolem & lunam in po
teſtate noctis:At quonammodo poteſtatem diei ſol obtinet; An quia lucem in
ſeſe:continens ſecumq́ ferens:cum ſeſe noſtri finibus extulerit celi diſſolutis fu
gatiſq́ tenebris diem preſtat:Itaq́ nemo prorſus errauerit ſi diem definiens aerē
eſſe dixerit illuminatum a ſole/aut quantitatem temporis tantam quo ſul in glo
bi norſto dimidio moram trahit:Ad & annos agendos ſol atq́ luna principes
ſunt conſtituti.Nam luna cum duodecies ſuum peregit curſum effectrix eſt āni
excepto menſe intercalari:cuius agere perſepe uidetur ad exactiſſimum tēporum
agendum concurſum:quēadmodum hebrei uetuſtiſſimo tpe antiquiſſimiq́ gre
corum olim uertentem ānum metiebātur/Solis aūt annus eſt/cum ad idem ſol
punctum unde profectus eſt ſuapte motione redierit:Et fecit deus duo lumina
ria magna:Cum magnum aliud ſignificationem habeat abſolutam:ut magnū ē
celum & terra magna mareq́ aliud magna ex parte referri ad aliud ſuapte natu
ra ſoleat:ut magnus equus:& bos:Canis/non.n.in corporis molis exuperatione:
ſed in comparatione ad ea quæ genus idem ſortiūtur ſignificatio magnitudinis
iſtorum conſiſtit/utro nam modo magnificationem nunc capiemus.Vtrum uti
formicā haud aliud quippiam eorū quæ natura ſunt parua magnum dicere con
ſueuimus:ipſius exceſſum ad ea quæ genus ſubeunt idem ſignificantes/an eo
modo quo luminarium moles in ſua propria extructione naturaq́ monſtratur:
Et quidem hoc modo magnum nunc eſſe cenſeo capiendum.Non enim ſol at/
q́ luna quiā maiorem/quam ſtelle minores obtinent molem ideo luminaria ma
gna dicuntur:Sed quia tanti ſunt ambitus ut is qui ab ipſis diffunditur ſplēdor
celum colluſtret ac aerem/atq́ ad uniuerſam terram ſimul mareq́ ſeſe extendat
cunctaq́ compleat/Enimuero quacunq́ in parte celi fuerint hæ magnæ ſtellæ:
& exorientes:& occidentes:& medium occupantes a quocunq́ loco ſemper ab
uniuerſis hominibus equalis modus conſpiciuntur:Quid ſane magnitudines
excellentis argumentum immenſe molis dilucidum eſſe conſtat propterea quod
amplitudo latitudoque telluris momenti nihil prorſus afferre uidetur ad ipſa/
rum moles/aut maiores/aut minores conſpiciendas:Nam ea quæ longe
diſtant minora ſeſe quodammodo cernimus:Atque uero propius accedimus

eorum magnitudinem exactius molemq; conſpicimus At homo ſoli propinqui
or eſt nemo: Remotior nemo: Sed equali ſemper interuallo cunctis hoibus ipſe
quoūſq; tractus telluris habitetur ob uiis ingruit: Teſtes huius tam nudi ſunt ꝗ
Britani equalem ipm ſemper conſpicientes/ Neq; n. iis qui orientis habitant Re
giones molem ſol occidens ſuam iminuit: Neq; ſane ab iis regiones occiduas in
colunt minor exoriens unq̄ conſpicitur: At neq; cum celum medium occupat ua
rium inq̄/atq; diuerſum ab uir oq; aſpectu ſeſe offerre uidetur: Neq; quia quan
titatis pedes intuentibus eſſe ui detur/ Nec tibi ſit id fraudi quod uidetur ideo tā
tillum ipſum eſſe cenſere uelis Cōtrahi nāq; maximis in interuallis eorum quæ
cernuntur magnitudines ſolent/ quippe cum conſpiciendi facultas mediū illud
ſpaciū tranſire nō ualeat ſed quaſi in illo medio abſumatur: paruaq; ſui parte res
eas quæ conſpiciuntur attingat factus igitur aſpectus noſter exiguus/ exiguas eſſe
res eas quæ cernuntur exiſtimat ſuam tribuens illis affectionem / Aſpectus itaq;
fallitur iudiciūq; ipſius non eſt credendum: Recordare tu te ipſe queſo proprios
tuos affectus: Atq; abs te ipſo fidem eorum quæ nunc dicūtur acceperis. Si unq̄
ab excelſi montis cacumine immenſum ſupinūq; campum: atq; arua conſpexeris
quanta ipſa juga tibi bouum: quanti arantes ipſi ſunt uiſi: ſi nō formicarum quā
dam tibi ſenſionem prebuerint/ Si unq̄ etiam aſpectula uaſtum ad altum uerſa
tuos aſpectus inieceris equori. quante tibi ſeſe ultro maxime inſulę obtulerunt:
quātaq; tibi conſpecta eſt honeraria nauis: candidis expanſis uelis ſuper ceruleū
mare diſcurrens ſi nō quauis columba minorem tibi preſtiterit ſenſionem: ꝑpter
terra quod in aere medio conſumptus aſpectus ut diximus inualiduſq; factus res
exacte conſpiciendas cernere nequit/ Iam uero montes immenſæ magnitudinis
abruptos conuallibus: quaſi nihil in illis inciſum angulis eſſet nihil anfractibus/
nihil eminens/ nihil laceniosum rotundos aſpectus eſſe perleueſq; dicit eminen-
tiis ingruens ſolis interiectas uero concauitates ob imbecillitatem ingredi mini-
me ualens/ adeo neq; formas figuraſq; corporum quales nam ſint percipere pōt
Sed quadras anguloſaſq; omnino turres: teretes: emulaſq; columnaꝝ eſſe per ſe-
uium putat. Quare omni ex parte conſtat in maximis interuallis aſpectum/ non
explanatam ſed confuſam corporum accipere cōiecturam/ Eſt igitur ſol magnus
uti ſcriptura teſtatur in infinitumq; grandior/ eo qui nobis uidetur: Adde ēt illd
magnitudinis eius apertiſſimum argumētum/ Nam cum ſtelle multitudine ſint
infinite: Lumen quod ab uniuerſis ipſis congeritur/ ad noctis diſſoluendam cali
ginem minime ſatisfacit: Hic aūt ſolus in celi lumine uiſus/ imo uero adhuc etiā
aſpectus antea ꝗ: & totum a tellure ſe attollat/ tenebras compendio diſſoluit ſide
rum lumina ſuparauit: coactum aerem conſtipatūq; liqueſcit/ atq; diffundit: Vn

& flatus in aurora ſpirare/roteſq; ſereno cœlo terram circumfluere ſolent/Tellurem etiam quæ tactę eſt molis:qui temporis uniuerſam uno momento puncto ue luce ſol ſua luſtrare poſſet:ſi non ab ambitu ſplendorem ampliſſimo lumenq; ſuum emitteret:Hoc loco ſapiẽtiam opificis animaduertas ipſe percipiaſq; uelim qui moderatiſſimum ad hoc interuallum accõmodatiſſimum preſtitit ſoli calorem.Eſt.n.in eo tanta caloris imprimendi facultas/ut neq; ob exuperatiõem ureret inflamaretq; tellurem neq; defectionis ratione refrigeratam eam gelidam infecundamq; relinqueret:His ſimilia porro de luna etiam intelligamus oportet Eſt enim & corpus ipſius magnum:& ſplendidiſſimum ſane poſt ſolem.Nõ tamen ſemper eius conſpicitur magnitudo/Sed nunc tota ſinuata in orbem/nunc accreſcens/aut decreſcens haud tota conſpicitur id altera ſui parte/ quod deeſt of ferens ſemper:Nam alia nimirum obumbratur parte cum incrementa ſuſcipit: Alia pars eius occultatur cum imminuitur:Eſt quedam profecto mutatiõis huiuſce uarię figurarum admirabilis ſapiẽtis ratio Creatoris/ Vt exemplum nobis illinc apertum noſtræ naturæ preſtetur:Nullam rem inq̃ humanam fixam/nullam ſtabilem/nullam perpetuam eſſe Sed alias ubi antea nõ eſſent/ exortas ad ſuum ſtatum pergere capeſcendum:Alias cum ſuum proprium ſtatum attigerint/ incrementiſq; ſuſceptis ad ſuæ menſuræ ſummum acceſſerint rurſus ſublatõibus ſenſim minui perire/ac decreſcentes abſumi/Atq; ex affectum aſpectu lunæ noſtrarum conditiones rerum nos perdiſcamus atq; erudiamur:In mentemq; celerrima rerum humanarum nobis mutatio ueniat:ac nõ plurimum nobis ipſis ob uitæ proſperitatem nos tribuamus:non potentatibus gloriemur/non ob incertũ fortune flatum ac opulentiam/eſſe efferamur/Deſpiciamus carnem in qua potiſſimum uerſatur mutatio curam animo diligẽtiamq; adhibeamus bona cuius dũ taxat immobilia eſſe conſtat:Quod ſi dolore te luna paulatim ſublationibus lucem abſumens afficiat dolore te maiore afficiat anima ſi probitatem aſſequuta de inde bonum uirtutis ob negligentiam amitiat ac honeſtatem:& nunq̃ in eadem affectione perſiſtat ſed frequenter ob mentis inſtabilitatem uertatur/ Vere enim ut dicitur amens perinde ut luna mutari ſolet:At qui corporibus etiam animalium:ceterarumq; rerum:quæ a terræ naſcuntur/non mediocriter lunę mutatiões conducere reor:Nam alio modo corpora cum ipſa decreſcit alio cum accreſcit afficiuntur.etenim nunc rara fiunt inaniaq; cum imminuitur/ nunc rurſum reſartiuntur cum accreſcit:atq; ad luminis plenum properat orbem / propterea quod humorem in ipſa.quendam calori nimirum immixtum in profundum uſq; tũ imprimit oculte/atq; immittit:Declarant id ita eſſe / tum ii qui ſub diuo lunaq; dormiunt/capita quoq; ultra modum humore replentur tum aĩantia nuprime

ff

iugulata quæ compendio radiorum eius impreſſione uertuntur/tum etiam animalium cerebra:& animantium in mari degentium ea:quæ humore copioſo prædita ſunt:arborumq; medulle:quæ ſua ſane conuertere luna mutatione cuncta nõ poſſet niſi quid immenſum ut ſcriptura teſtatur exuperanſq; uiribus eſſet: at uero cunctas etiam circa aerẽ accidentes affectiones/ab hiſce lunæ mutatiõibus euenire luce clarius extat: Vt turbines procelleq; teſtantur:quæ cum in noua cornua luna curuat/e tranquillitate ſepenumero/ſilentioq; uentorum repente exoriunt qñ:& nubes flatibus exagitantur:ſibiq; occurſant:& eſtus etiam maris accedẽtes recedẽteſq; partim in eurupis/partim in oceano:quos ordine lune ſequi reditus ab incolis eſt comptum:Nam euripi/ceteris quidem informis lunæ uiciſſim ad partes utraſq; fluunt:In coitu uero:ne puncto quidem tpis quieſcunt.Sed in ſeſe perenni fluctuant agitatione/nutantq;/atq; librantur:quouſq; rurſus emerſa luna reciprocæ fluxionis illis conſuetam illam preſtiterit diſpoſitionem/occiduum æquor affluxus refluxuſq; ſubit/nunc abiens nunc accedens atq; redundãs: proinde quaſi lunæ reſpiratiõibus quidem partes ad poſteras ſubtrahatur/ expirationibus autem ad priores ſuumq; proprium ſtatum propulſum reſtituatur:Hæc a nobis ſunt dicta ut ex hiſce luminariũ immẽſa tam ſolis q̃ lunæ magnitudo moleſq; demonſtretur:& nullum oĩno ſcripturæ uerbum a deo ſpiratę ocioſum eſſe uanumq; oſtendatur quanq̃ nihil eorum fere quæ oportuniora ſunt oratio noſtra tetigiſſe uidetur:Complura namq; de magnitudine / de interualliſq; ſolis & lunæ ſuis is excogitationibus inuenire poſſet:qui de induſtria tam operationes ipſorum:quam facultates uireſq; conſiderandas ſibi proponeret/Bono igit equoue uos animo noſtram imbecillitatem incuſare oportet ne res eas creatas quæ maxime ſunt oratione metiamini noſtra:Sed ex iis perpaucis : quæ diſſeruimus animaduertatis excogitetiſq; quotnam:& quãta ſint:ea quæ ſunt ommiſſa: Nec ergo lunam oculis/ſed cogitatione:ſed ratione metiri uelitis:quam ad inueniendam attingendamq; ueritatem exactionemq; longe:quam ipſos oculos eſſe nemo eſt qui ignoret:Tabulæ quædam ridicule delireq; iam a temulentis anniculis ubiq; tradite peruulgateq; ſunt/ueneficiis inquam:carminibuſq; quibuſdam lunam a ſua propria ſede dimotam celoq; deductam ad humum ferri/ Q uoniam igitur quæſo pacto uenefici carmina dimouere poterunt eam quam altiſſimus ipſe deus fundauit:Quis etiam/& locus ipſam inde diuulſam deductamq; celo ſuſceperit: Vis ab exiguis quibuſdam indiciis magnitudinis ipſius lunæ demonſtrationem accipere: Vrbes abitabili in orbe longo interuallo inter ſeſe ſemote uiis ſuis omnibus orientem uerſus porrectis : æquæ lumen ipſius omnes ſuſcipiunt / Q uod ſi non uniuerſis / e regione ſeſe obiiceret fieri nullo modo

profecto poſſet:Sed iis quidem augi portis quæ recta ſita eſſet ad ipſam lumeni omnino pars preſtaret:iis autem quæ latitudinem ipſius eſſent egreſſa : radiis ad latera nimirum inclinatis ígrueret:quod & in famiglaribus domi luminibus intueri licet/Nam cum plures homines lucernę circum ſeſe obiiciunt:eius umbra qui e fronde ſeſe offert recta porrigitur:ceterorum ad utranq; ptem inclinate oblique cadunt:Itaq; ſi lunæ corpus aut immenſe molis exuperantiſq; magnitudinis eſſet/non omnibus iſtis ſimiliter ſeſe obiiceret terris Aeque enim ipſa potiũtur cum ab equinoctialibus oris exoritur & qui prope gelidam rigentemq; plagam habitant:ſub ut ſq; conuerſionibus degũt:& qui meridiem uerſus exuſte crematecq; flammis perpetuis uicini ſunt Regioni:quibus omnibus ſimul æquo diſcrimine late ſeſe obiiciens luna apertiſſimum ſupliſſimæ ſuę magnitudinis indicium preſtat:Quis igitur iſicias ierit/corpus ipſius ampliſſime molis eẽ: quod tot tantiſq; interuallis equatur:Sed de ſolis quidem lunæq; magnitudine eouſq; ſit dictum/Deus aũt ipſe qui mentem nobis rationemq; tribuit / ut ex minimis creature rebus ſapientiam artificis/aud mediocrem percipiamus/facultatem etiã maiores ex magnis conceptus de eodem opifice ſententiaſq; ſumendi preſtet/tametſi ſol atq; luna culicis ad opificem atq; formicæ rationẽ obtinere uident Fieri enim non poteſt ut ex iſtis unq̃ maieſtate diuina dignum conceptum atq; notitiam aſſequamur/Sed bene fit ut p hæc ipſa paruis quibuſdam inde emerſis exilibuſue notitiis/perinde atq; per ſingula parua admodum tam in animalium / q̃ ſtirpium genere ad res tandem diuinas perſpiciendas promoueamur/cõtenti igitur iis ſimus quæ diſſeruimus gratiaſq; agamus:ego quidem ei q puam hãc ſubminiſtrationem mihi largitus eſt/Vos aũt ei qui ſpiritalibus nos alimentis alere conſueuit:& nũc quaſi quodam ordeacio pane me iulitate uocis nutriuit: & alat o utinam perpetuo pro oratiõe fidei rata ſpiritus ſancti notitiam tribuẽdo:Quẽ honos:& gloria decet in ſecula ſeculorum.

DIXIT ETIAM DEVS EDVCANT AQVAE REPTILIA VIVENTIVM ANIMARVM PER GENERA SVA.

POTS ſiderum luminumq; ſolis inq̃ & lunæ creationem aquæ iam animalibus deinceps opplentur:ut & hæc etiam uniuerſi portio ſuſcipiat ornamenta : Recipit enim terra ſuum ornamentum e germinibus propriis ſuis:Recipit & celum ſiderum flores:& perinde atq; geminorum aſpectibus oculorum ſocietate maiorum luminum eſt duorum cum deratum:reſtabat ut & aquis ſuum ornamentum reddatur:Venit impium & ptinus amnes

in opere cuncti/protinus lacus omnes fecundi fuere:ſuiq; quiſq; generis ſecundum naturam fetus moliebantur:& equora genera uaria nantium diuiſaq; parturiebant:Nec etiam aquarum pars ea que limoſa tum erat atq; paluſtris ocio indulgebat:aut expers muneris officiiq; creationis remanſit : Sed inde ranæ ſtatim inde Culices emergebant:Nam ea quæ nunc etiam fieri conſpiciuntur pręteritorum ſane ſunt argumenta/Adeo tum ad ſubminiſtrandum obſequendumq; p̄cepto Creatoris omnes aquæ ſummopere properabant:Atq; quorum nec enumerare quiſq̄ genera poſſet/ea uita prædita cuncta ſtatim immenſa uis ineffabiliſq; dei facultas in lucem edidit agentia nimirum:& interno ſeſe protinus ſuapteq; mouentia motu:cum imperio ſimul habilitate procreandorum animantium in ipſas aquas impreſſa. Educant aquæ reptilia uiuentium animarum : Nūc primum animas ſenſu præditum animal inq̄ creatur : Arbores enim & frutices atq; herbe quanq̄ uiuere dicuntur propterea ꝙ alendi ſeſe facultatis Augendiq; participes ſunt/non tamen & anima huiuſce cauſa nec animantia ita ſunt. Educant aque reptilia:Omne animans nandi facultatem habens:& ſi in ſumma fluitat aqua:& ſi innatat aquam ſecundo reptilium tamen naturam obtinet:quippe cum ſuper aquæ corpus trahatur:& ſi qua aquatilia pedibus predita ſunt atq; ingrediuntur potiſſimum quidem complura talia uitam ancipitem degunt: Vt uituli marini:ut crocodili/ut fluuiatiles equi/ut Rane totumq; genus cancrorum/precipue tamen his nandi facultas accommodatur. Idcirco dictum eſt/ Educant aquæ reptilia. In hiſce per breuibus uerbis/quod genus omiſſum eſt:Quid non comprehenſum eſt in creatoris precepto non ea quæ uiuum generant ut uituli marini delphini torpedines:ceteraq; id genus:quæ Cartilaginea nuncupat̄: Nō ea quæ oua pariunt:quæ ſunt omnia fere piſcium genera/Non ſcamoſa:Nō corticoſa:Non pennis prædita. Non eiſdem carētia. Vos quidem imperii breuis ad modum eſt:Quin potius neq; uox eſt:Sed momentum dumtaxat: & appetitio uoluntatis/inſitæ uero mentis imperio tantam copiam eſſe conſtat:quot ſunt/& ea quibus differunt inter ſeſe:quibuſq; conueniunt animantium aquatilium genera/atq; nature:de quibus diligenter/accurateq; diſſerere perinde eſt:atq; ſi quiſpiam equoreas aut undas enumerare aut metiri poculis aquas aggrederet̄. Educant aquæ reptilia uiuentium animarum: In is ipſis ſunt ea quæ in alto uerſantur: quæ littoribus gaudent:quæ ſubmerſa uiuunt/queq; ad ſaxa nauis teſtis inherēt Saxatilia gregalia ſolitaria:& beluæ molis immenſe : minutiſſimi piſces / Eadem enim ui ſane/pariq; præcepto/tam magne/quam paruæ:tum ſimul aquatiles animantes in lucem edite ſunt/Educant aquæ reptilia/oſtendit tibi preceptum nantium animalium naturalem ad aquas affinitatem : Qua propter uel parum ab

207

humoris natura piſces ſecluſi diſpereunt. Non enim ſpirant ut hunc aerem attra
hant: ſed quod in terreſtribus animantibus aer obtinet rationis ideſt in genere nã
tium aqua. Et cauſa eſt in promptu in nobis enim ineſt pulmo: uiſcus porro ra-
rum meatibuſq; refertum/ac fiſtulis inanibus cauum: quod per ipſum pectus ſe
ſe dilatans recipiens aerem internum uentilat noſtrum refrigeratq; calorem in il
lis autem dilatio conſtructioq; brachiarum attrahentium humorem reddentiũq;
ſpirandi munus efficiũt: propria piſcium eſt ſors: propria ſane natura ſeparata pe
culiariſq; pro moribus uictuq; uita: Ideo neq; miteſcit animalium nantium qcq̃
neq; ſeſe tractandum unquam manibus ullis mulcendumq; prebet. Educant a-
quæ reptilia uiuentium animarum: per genera unuſcuiuſq; generis nunc primi-
tias quaſi naturæ ſemina quedam oriri iubet. Multitudo uero ſucceſſioni poſtea
aſſeruatur cum genera ſingula iuſſerit in multitudinem creſcere. Atq; aliud ge-
nus eorum eſt: quæ ſiricum duritia teguntur: Qualia ſunt cõche/pectines: Lima-
ces marini turbinata/& oſtrearum diſcrimina numeroſa. Aliud eorum/ quæ cru
ſtis includuntur: Vt locuſte gãmari: cancri ceteraq; id genus: Aliud præter hęc ge
nus eorum eſt: quæ mollia nuncupantur: quorum caro mollis eſt: atq; tenera: Vt
pollipi loligines: ſepie: ceteraq; ſimilis generis: In quibus ruſum innumeras eſſe
differentias cõſtat: preterea dracones: murenas: atq; anguillas: quæ limoſis in flu-
minibus ſtagniſq; naſcuntur: & uenenatis potius reptilibus: quam piſcibus ſunt
propinqua/Aliud item genus ſubeunt ea quæ ouum: aliud ea quæ animal pa-
riunt/procreat autem animal ea quæ muſtelini generis ſunt: & caniculi: & ea om
nino quæ cartilaginea nuncupant/generiſq; cetarii plurima/ut balene/ uituli ma
rini delphini quos & tenellos infantiaq; īfirmos ſuos catulos aliqua perterritos
cauſa in uentre ruſum ſuſcipere geſtareq; ferunt. Educãt aquæ reptilia uiuentiũ
animarum per genus: Aliud genus eſt cetarium/aliud piſcium tenuuium genus
in piſcibus item innumera diſcrimina ſunt per genera ſane diſtincta: Quorum:
& nomina propria ſunt: & pabulum uarium & figura/ & magnitudo: & carniũ
qualitates/haud eedem/ſed diuerſe Maximis ſingula differentiis inter ſeſe diſcre
pant: Sub uariiſq; formis: atq; diuerſis ſpecie collocantur: Quinam queſo tũno
rum exploratores generum nobis enumerare differentias poſſent/quanquam ut
ferunt: magnis piſcium gregibus/aſpectu numerum illorum exacte percipiũt: at-
q; dicuntur: Quis item eorum qui in littoribus oriſq; ſtudio piſcandi conſenue-
re nobis horum hyſtoriam omnium exacte notam efficere poſſet: Alia porro ge
nera piſcium: qui in indico mari: alia qui in ægyptio ſinu piſcantur alia inſulæ
incole/alia mauritani nouerunt/omnia tamen tam parua/quam grandia: primũ

illud imperium inenarrabiliſq; potentia procreauit:Multi uariiq; ſunt ipſorum modi uiuendi. Multe motum diuerſitates/Multe deniq; in uniuſcuiuſq; ſucceſſione generis differentiæ: Non ouis plurimi piſcium perinde ut aues incubant/ Non nidulos extruunt: Non inenutrienda ſua prole laborant: Sed humor ſuſceptum editum ouum: animal nullo prorſus exhibito negotio fecit: Eſt etiam ut uniuſcuiuſq; ſucceſſio generis inuariabilis ſemper/neq; cum alia natura ulla miſcetur: Non in humore perinde atq; in terra naturas eſſe promiſcuas nouimus: quales eſſe mulorum conſtat: & auum non nullarum deprauantium generum adulterantiumq; naturam: Nihil in piſcium genere dimidia parte dentibus eſt armatum: ut bos in nobis/ut ouis: neq; enim quiſquis piſcis omnino Ruminat/ niſi ſcaurus ſolus/ut quidam memoriæ prodiderunt: Sed omnes frequentium acuta dentium ſerie fulciuntur/ne ſi mora in molendo traheretur difflueret alimentum: Etenim niſi celerime ſectum uentri immitteretur dum in minuta ſecaretur per humorem ſane dilaberetur. Pabulum autem aliis aliud piſcibus per genera definitum eſt: Quidam enim limo: quidam alga: quidam muſco ueſcũtur: Alios aliæ in humore naſcentes herbe delectant/maior pars piſcium liguriũt alter alterum atq; deuorant: & minor apud illos eſca maioris proponitur: & ſi unquam euenerit: ut is qui per minorem ſuperauerit alterius preda fiat/ ambo tum ſimul deglutiuntur: & unum ultimi piſcis immerſi uentrem ingrediuntur: quid igitur quæſo nos homines aliud agimus cum uim afferimus inferioribus rapimuſq; eorum fortunas/Quid intereſt inter eum: ac ultimum piſcem qui ſua improba cupiditate diuitias conſequendi in inexplebiles auaritie ſinus imbecilles ingerit homines/atq; abdit: ille pauperis patrimonium raptum habuit. Tu illum oppreſſum partem tuarum facultatum feciſti/iniuſtis iniuſtiorem profecto/atq; auaris auariorem te oſtendiſti: Caue ſis ne finis idem tibi qui piſcibus euenire crebro ſolet occurat/hamus forſitan/aut naſſa/aut etiam rete: Et nos enim omnino eum multa peregerimus mala atq; iniqua iudicium illud extremum / pœnam illam ultimam mulctamq; non euitabimus certo ſcio: Iam quidem & infirmi cuiuſdam animantis haud modicam aſtutiam ipſe doloſum ingenium inſidioſumq; didici. Atq; maleficos homines inde monitum fugere/nec imitari te uolo cancer effli̇̃ctim oſtrei carnes cupit: Sed per difficilis eius eſt ipſi uenatio ſiliceæ ratione/qua clauditur teſte: perualido nanq; ſepto carnis oſtrei mollitudinem natura prouida ſolerſq; muniuit/Quapropter & teſtaceæ Cutis aquatile nuncupatur: Cumq; ſiliceæ duæ concauitates exacte inter ſeſe coniunctæ oſtreum uti flores cõcludant/atq; operiant nihil alæ prorſus agere cancri/nihil denticulati forcipes il-

li poſſunt: Quid igitur agit: quid tandem molitur: Cum uiderit illud tranquillis in locis tepore ſeſe oblectare ſuaſq; illas ualuulas ad ſolis radios aperuiſſe ac explicaſſe tunc clanculum iniecto calculo concluſionem prohibet: atq; quod uiribus ſuis deerat/id aſtu tali ſibi ſuppleuit: Hoc eſt eorum uicium/ Hæc eſt eorum malitia: quæ neq; ratione/neq; uoce predita ſunt/ Ego uero/te percupio facultatem ingeniumq; cancri/uerſatile non imitantem a propinquorum noxis incommodiſq; abſtinere. Taliũ ẽ ꝑfecto moriũ: q ſuũ dolo frẽm adire ſolet: quiq; proximoꝝ in opportunitates aggredit̃: alieniſq; calamitatibus gaudet/ Effugito deſpiciẽdoꝝ hoim imitatiões: ac actiões prauas effugito: Tuis ꝓpriis facultatibus eſto cõtẽrus: pauptas cũ uarietate/oi potiũ de uoluptati ꝑfecto eſt cõpoti mentis anteponẽda: Nõ ſilẽtio ꝑteribo dolos Polipi fraudulẽtoſq; mores. Is cuicũq; ſaxo adheſerit colorẽ illius ſubit: atq; adeo ut piſciũ cõplures ad ipm de iprouiſo nantes tanq̃ ad ſaxũ appellerent: paratãq; ſeſe offerrent illi uerſuto malicioſoq; predam: Talibus eos moribus præditos eſſe conſtat: qui perpetuos potentatus ſubeunt: & ad uſus neceſſitudineq; ſingulas occurrẽtes ſeſe accomodant. Nec in eadem ſemper uoluntate perſiſtunt: Sed alii diuerſiq; alias facile fiunt/ Modeſtiam cum tẽperantibus laudant: Intemperantes ſunt cum intemperatis: Atq; ad id quod cuiq; placet ſuam omnino ſententiam uertunt: Quos euitare facile nemo poteſt: nec ab ipſorum inſidiis nocumentiſq; cauere: propterea quod amicitiæ pretextu ſimulationeq; beniuolentiæ prauitas eorum in profundum obruta celatur/ ac latet: Huiuſcemodi ſane mores rapaces dominus lupos appellat: in indumentis ſeſe ouium offerentes. fugito uarios hoſce multipliceſq; mores perſequitor ueritatem ſinceritatem ſimplicitatem: Anguis uarios obtinet mores. Idcirco contemnatus ſerpit: Iuſtus fictione caret qualis: & Iaob ẽt fuit: quapp collocat dñs unícis hoíes moribus in domo/ Hoc mare magnũ: & latũ ẽ: Illic reptilia ſunt: quoꝝ numerus eẽ nõ põt aialia pua cũ magnis/ At tñ eſt in illis optima diſpoſitio: & ſapiens qdã rectuſq; modus uiuẽdi/ Nõ. n. carpere ſolũ rephẽdereq; poſſumus piſces ſed ſũt illis: & q̃ ꝓſequẽda ſũt imitatiõe/ ſingula nãq; genera piſciũ accomodata ſibi loca natura diſtribuũt: in illiſq; uitã degũt/ nec aliena loca unq̃ expetũt: neq; aggrediunt̃/ Sed intra ſuos ſe leta cõtinẽt fines: Nõ illis pciẽdi terras facultate ꝑditus ullus diſtribuit habitatiões: Nõ menibus ullis ſũt ulla genera piſciũ circũſcripta nõ finibus ullis diuiſa: Sed qđ cuiq; ꝓdeſt: qđq; neceſſariũ ẽ. i. ſpõte naturæ munere definitũ: Hic ſinus/ Hæc piſciũ genera/ ille alia paſcit: & quæ hic abundant in aliis ea deſunt. Nullus hic mons acutis perrectus uerticibus ea ſeiungit/ Nullus amnis tranſitionem dirrumpit/ Sed quædam naturæ lex aquæ iuſtæq;

ꝑ uniuſcuiuſq; nimirum uſu loca uictus ſorte quadam diſtribuit. At haud nos tales conſueuimus eſſe. Minime gentiũ. Qui fines eternos tollimus quos noſtri poſuere parentes/ Terram ſecamus eamq; fundis addimus noſtris edes adiungimus ædibus: agroq; agrũ ut a propinquis aferamus/ Sciunt certe prouinciã eam quam definiuit ipſis natura: Id occupãt mare: quod ultra plagas habitabiles collocatur: quod inſulis ferme caret: cui continens ultra ſuccedere nulla unq̃ conſpicitur: Quamobrem innauigabile eſt & nec explorandi ratio / nec ulla neceſſitudo prorſus id equor unq̃ aggredi nauigantibus perſuadet/ Illud altum cetarium genus maximorum nontium inſtatut ferunt qui conſpexerũt occupatum haud aggreditur: Sed in ſuis finibus manet: nec ullum prorſus detrimentum/ aut inſulis/ aut urbibus maritimis affert: Ita ſingula genera piſcium in definitis ſibi maris tractibus: perinde atq; in urbibus/ aut pagis quibuſdam: aut antiquis patriis immorantur. Iam uero ſunt: & qui ſedem imutare ſtatuto tempore ſoliti quaſi cõmuni deliberatione premiſſa: longinqua peregre petentes maria ſub una teſſera gregatim abeunt omnes. Nam cum conceptus ſtatum partuſq; tẽpus acceſſerit/ alii ſtatim ab aliis finibus abſcendentes cõmuni lege concitati nature/ ad aquiloniũ properantes mare contendunt. Atq; uideris utiq; cum aſcenditur unitos perinde uti flumen piſces ipſos at continuos: & per propõtidem & Euxinum pontum tranantes: Quis eſt qui mouet: Quod regis edictum? Quæ tabelle in foro poſite preſtitutum decidendi tempus definiunt. Qui deniq; ſunt hoſpitum aduenarumq; ductores/ Conſpicis ne diuinam inſtitutionem ordinemq; cuncta cõplentem: perq; omnia penetrantem piſcis diuinæ legi non aduerſatur: & homines ſalutaria ſibi precepta non ferunt non patiuntur: Noli flocipendere piſces ꝙ uoce careãt: quod animalia ſint penitus expertia rationis: Sed uereri/ Sed pertimeſceri uelis: ne creatoris obſtando preceptis rationis illis expertior uidearis: Adeſto animo quæſo: erige mentem aureſq; tuas: & piſces exaudi/ quaſi uocem per ea quæ agunt elicientes: Nos quo genus noſtrum perſiſtat atque permaneat peregre proficiſcuntur propria quidem ratione piſces haud prediti ſunt: Naturæ uero ſibi legem inſitam inſculptamq; habent id ſemper quod agendum eſt demõſtrantem: Eamus inquiunt Ad aquilonium altum: Eſt enim ceteris equoribus dulcius: propterea quod haud immodicam in eo moram ſol trahens non ad ipſius uniuerſum ſuis exhaurit abſumptumq; radiis quod dulce/ quod potulẽtũ humoris obtinet/ Eniuero nõ mediocriter & aĩantes equore dulcibus humoribus gaudẽt/ Vnde fit ut & fluuios ſepenumero petant/ longeq; ab ipſo mari diſcedant: Hac de cauſa põtũ Euxinũ ipſi finibus equoreis ceteris anteponũt/ ut ad

eſſundendos excludendoſq; fœtos:& enutriendam ſibi ſobolem magis idoneum
magiſq; aptum:Ad cum ſatis id actum negotii fuerit cui ſtudebant/ rurſus om/
nes quaſi agmine facto/ſeſe recipiunt domum:Et quæ nam ſit ratio redeundi/re
cipiendiq; ſe domum ab ipſis met animantibus mutis audiamus:Aquilonium
inquiunt mare uadoſum eſt:reſupinumq; uentorum flatibus exponitur uiolen/
tis/perpaucas etiam oras/tractuſq; profundos habet:Quamobrem:& ex ipſis ſe/
dibus imis perfacile flatus ipſum exagitant:procelleq; reuoluunt/& ima cum flu
ctibus undiſq; miſceatur harena:Huc accedit:& frigus hybernum Hyemis enim
tempore pergelidum eſt:quippe quod complures/tum peralgidos pergrandeſq;
ſuſcipiat amnes/Idcirco temperie moderationeq; ipſius eſtiuo tẽpore potiti Rur
ſus hyeme temporis equoris profundi gurgites altos loca ſoli propinquiora re/
petimus:flatuſq; ſeptemtrionis horridos fugiẽtes:ad eos equoreos ſinus tanq̃ ad
ſtationes properamus:atq; confugimus:qui minus ui uentorum concutiuntur:
Vidi egomet ipſe hæc ita fieri uidi:& opificis dei cũcta penetrantem adminiſtrã
temq; ſapientiam ſuam admiratus:Si animantia muta:ſi rationis experiia exco/
gitare conſeruareq; ſalutem ſuam ſoleant:adq; piſcis id ſciat/quod expetendũ eſt
ſibi quod fugiendum:quid nos ipſi dixerimus:qui ratiõem prediti:legibus eru/
diti:pollicitationibus inuitati ſpiritu ſapientiam aſſequuti: res eas deinde quę ad
nos pertinent longe rudius quam ipſi piſces diſponimus/ ſi illi quidem de futu/
ro proſpiciant:atq; prouideant:nos autem ſpe futurarum uacui rerum uitam no
ſtram:uoluptati uitæ pecudum accõmodate deditam conficiamus: ac conſuma/
mus Piſcis tot maria tranat/ut utilitatis aliquid conſequatur . Quid ipſe dixeris
quæſo:qui uitam in ocio degis:quod maleficii principiũ eſſe nemo eſt q ignoret
Nemo cauſet ignoratiõem.Ratio profecto naturalis in nobis ipſis in ſperſa:p/
ſequenda nobis honeſta:fugiẽnda noxia/turpiaq; demonſtrat:Non ab equore/
is exemplis diſcedo:quoniam hæc nobis inquirenda nunc proponuntur:Audi/
um equidem quepdam eorum:qui maritimis in regionibus uerſantur Equore/
um Herniaceum cõmemorantem:exiguã illam paruipendendamq; beſtiolã trã/
quilitatis indicem ſepenumero tempeſtatiſq; nauigantibus fieri:Qui cũ uentoꝝ Herniaceũ.
perturbationem ſeuitiamq; maris preſenſerit calculum correptum haud exigu/
um ſubit ſub ipſo tanq̃ anchora ſeipſum ſtabiliens:Detinetur enim illius ponde
re/ne facile fluctibus trahatur ac agitetur : Id ubi nautici conſpiciunt futuram
hoc indicio uentorum agitationem tempeſtatemq; preſagiunt/atq; cõtinuo plu
ribus anchoris nauigia infrenant.Nemo homo ſtellaꝝ ſcientia preditus : nemo
Chaldeus:procellas ſyderum exortibus tempeſtateſq; coniectans/hæc herinaceũ
docuit:Sed mariũ dñator:atq; uentoꝝ huic ẽt aĩanti paruo ĩmẽſæ ſuę ſapientiæ

ueſtigium apertum impreſſit. Nihil eſt prorſus/quod ſub prouidentiam dei nõ cadit:Nihil eſt omnino quod a deo neglectum eſt/omnia luſtrat omnia explorat omnia conſpicit oculus ille peruigil:omnibus adeſt:facultatemq; ſuæ prouidentiæ ſalutis cuiq; preſtat:Sed herinaceum deus a ſua prouidentia nõ excludit: ea quæ ad te pertinent non explorat/non conſpicit non gubernat: Vos o uiri cõiuges ueſtras diligite:& ſi locis longinquis ſemoti in coniugii ſocietatem matrimoniiq; cõueniſtis uinculum naturę iugum legibus inſtitutiſq; Religionis obſtrictum unio diſtantium eſto. Vipera genus ſerpentum omnium exitioſiſſimũ efflictim murenam petit eiuſq; nuptias expetit/itaq; ſibilo illam ad nuptiales cõplexus uocat/e gurgite uaſto obtemperat illa protinus Vipere coitq; cũ uenenato:Quid hec mea oratio uult:quid portendit/Si aſper es inquit cuiuſpiã cõiunx: ſi ferus moribus:perferat illum uxoribus neceſſe eſt:nec ullã prorſus ob cauſam ſocietatem uinculumq; diſſoluere patiatur:ferit ne uerberat. Eſtq; percuſſor. At uir tamen eſt tuus:Temulentus ne:At tibi eſt natura coniunctus:Durus ne difficilis. At membrum iam tuum eſt/& membroꝝ preſtabiliſſimum. Audiat & ipſe uir accõmodatam ad ſeipſum ſententiam admonitionemq; decentem: Vipera uirus ob nuptiaꝝ uenerationem euomit. Tu duritiam animi:Tu feritatẽ. Tu crudelitatẽ ob unionis reuerentiam nõ deponis?An exẽplum Vipere nobis: & alio modo fortaſſe prodeſt. Adulterium naturæ quoddam uipere murenæq; coitus eſt:Diſcant igitur ii qui alienis inſidiantur nuptiis:cui nã ferę: cui reptili ſunt ſimiles Id unum eſt mihi cordi.id unum propoſitum. Eccleſiam undequaq; noſtram hanc extrui ſemper edificari: Affectiones intemperantium incontinentiũq; hominum perturbatiões:tam a mari quam a terra ſumptis exemplis caſtigate ſedenť: At enim infirmitas me corporis:atq; anguſtia temporis iam enim Cœlum aduefperaſcit)hoc loco finem oranni ponere cogunt:Nam cum plura poſſem adhuc auidis audiendi de iis quæ mari naſcũtur referre miranda: Quonam pacto maris in ſalem cogitur aqua:Quomodo precioſius lapis Corallum in mari qdem eſt herba:Sed cum in aerem efferť in lapidis ſoliditatem transferť. Vnde uiliſſimis animantibus oſtreis:ipſas natura præcioſiſſimas uniones impreſſit/ Nempe quæ Regũ deliciæ recõditæ pcupiunt:ea paſſim in oras littora ſaxaq; aſpera iacta ſunt:in oſtreaꝝ operculis inſita/ Vnde uellus aureum prime nutriunt: quod nundum exacte quiſq̃ eorum/qui coloribus inficiunt uellera potuit imitari: Vnde Choclex purpure:ueſtes Regibus purpureas offerunt: quas quidem:& pratorum flores uiuacitate coloris longo interuallo ſuperare non eſt obſcurum: Educant inquit aquæ:Et que nam res neceſſarie continuo non ſunt exorte:Que lautarum Rerum non dono date ſunt uite/partim ſane ſubminiſtratõis hoium

partim admirationis excreaturis ſumende cauſa: partim etiam formidinis terro-
riſq̧ ratiõe/quo noſter animus ſomniculoſus/deſidioſus/ac iners expergiſcat/ ac
excitetur: Fecit Deus Cetæ magna: Nam quia ſquilla: & alecæ maiora ſunt Cetę
ideo magna ſunt dicta Sed quia maximis mole corporis montibus equantur:
Nam cum ad ſumma maris efferuntur inſularum ſepenumero ſenſionem con-
ſpicientibus preſtant: Hæc tñ tantæ molis animantia/non in oris / nec in littori-
bus degere uerſariq̧ ſolent/Sed id inabitant mare quod atlanticum nuncupatur
Talia ſunt animãtium ea: quæ ad terrorem ſtuporemq̧ noſtrum creata ſunt: At
ſi audieris maximas naues extentis uelis ſecundo per equora flatu labentes: piſci-
culum minutum remoram ſi Carinis adheſerit adeo facile ſiſtere: ut immobiles
haud paruo tpe detineat moreturq̧: quaſi in ipſis mediis fluctibus fixas nonne
ab exiguo quoq̧ piſce demonſtrationem eandem acceperis ipſarum uirium crea
toris: Non enim ſolum gladii ſerræ Canes/balenæ/orce/ceteraq̧ id genus formi
doloſa metuendaq̧ ſunt ſed etiam radius ſuper caudam eminens: paſtinacę: etiã
mortuæ peſtilens: lepuſq̧ marinus: animal ſane noxium nõ mediocriter terrent.
quippe quæ celerem afferant: & neceſſariam necem. Ita per omnia rex opifex ui
gilare te uult/ut ea ſpe quam in ipſo tute habere debes/detrimenta noxaſue/quę
ab illis proueniunt euitare poſſis: At enim ex altis emerſi gurgitibus/uaſtoq̧ ma
ri: iam ad continentem tandem confugiamus: Nam cum aliæ mirande res equo
rę poſt alias nos occupaſſent. ſuis nimirum orationem noſtram perinde/ut un-
de fluctuſq̧ crebris incurſationibus obrutam deduxerunt: Atq̧ mirarer utiq̧ nõ
mediocriter ipſe/ſi mens noſtra fugam ueluti Ionas ille diuus ad mare rurſus ar-
riperet haud magis admirabilibus exortis in continentem rebus inuentis. Vide-
tur autem oratio noſtra cum in res mirabiles innumeras incidiſſet mediocritatis
oblita fuiſſe: eiq̧ id obtigiſſe: quod & immenſum equor nauigantibus / euenire
ſolet/Illi cum nullum ſibi fixum ad motionem metiendam ſignum conſtitue-
re queant. Ignorant perſepe ſpatii quantum fuerit ab illis decurſum: Hæc p am-
pliſſimum creationis opificium locupletiſſimumq̧ diſcurrens cuius nec exitum
ullum inuenire/nec principium ſtatuere poſſet quantum ſeſe extendit quotq̧ re
cenſuit ſentire minime potuit. Verum & ſi per auidum eſt audiendi preclarum
hoc eleganſq̧ ſpectaculum: & non eſt in iocunda ſeruorum auribus miraculo-
rum herilium enarratio: huc tamen/ ut ad portum oratione deducta acceden-
tem expectemus diem ad ea quæ reſtant reddenda: Surgamus igitur omnes: at-
que partim gratias agamus pro iis que ſunt dicta: ptim eorum quæ reſtãt expoſtule
mus/redditõem utinã: & iter edẽdũ hæc oĩa uobis enarratões in Cœna fiãt: q uo
bis hodierno die/ptim exoriẽte pti occidẽte ſole oĩo trãſegit: ac obtulit: Vtinã et

in eorum ſententiis ſomno uos occupati:dormientes quoq; diurna perfruamini uoluptate:quo uobis iure liceat dicere ego dormio & cor meũ uigilat/nocte/ die q; legem domini meditando: Quem gloria decet in ſecula ſeculorum.

ET DIXIT DEVS EDVCAT TERRA ANIMAM VIVENTEM IN GENERE SVO: ET CETERA.

ACCESSIT opificis edictum ordine/uiaq; procedens: & terra quoq; ſuum proprium ornamentum accepit. Illic educant aquæ reptilia animarum uiuentium dictum eſt: Hic educat terra uiuentem animam dĩ Eſt ne ergo anima prædita tellus: Vanęq; mentis homines manichei locum iam habent:recteq; ſentiunt anima præditam tellurem eſſe dicentes/ Non quia dixit educat id ideo quod in ſeipſa terra ſitum erat eduxit: Sed qui iuſſit:is ut educeret ipſi preſtitit facultatem/ Nec.n.cum audiuit germinet herbam terra uirẽtem: fructiferumq; lignum:in ſeipſa latentem herbã eduxit: Nec ſane palmam: aut quercum aut cupreſſum ſuis in uiſceribus continens in ſuperficiem edidit: Sed uerbũ ipſum diuinum:eorum eſt profecto natura quæ oriuntur germinet inquit: non id quod habet emittat: Sed id quo non eſt pr̨edita conſequatur: actionis: operationiſq; deo facultatem atq; potentiam largiente/ pari nunc ẽt modo: animã educit terra non eã que ineſt in ipſa: Sed eam quę data eſt ipſi creatoris dei precepto. Deinde ratio manicheorum in contrarium euertetur: Nam ſi eduxit animam deſertam ab anima ſeipſam terra reliquit: Sed illorum quidem adhorrendam eẽ ſententiam luce clarius extat: Cur aũt aqua quidem reptilia uiuentium animarum: tellus autem uiuentem animam educere iuſſa eſt: Animaduertamus itaq; generis utriuſq; conditionem atq; comperiemus nantium quidem naturam imperfectioris quodammodo participem eſſe uitæ/quippe cum in humoris craſſitudine degant: Nam & auditum obtinent grauem & aſpectum hebetem/ cum p mediam aquam tam uideant/ q̃ audiant. Adde memoriam fere nullam in illis eſſe: neq; imaginationem/neq; conſuetudinis ullam cognitionem: Quapropter oratio quaſi demonſtrare uidetur/in aquatilibus quidem corporis Carniſq; uitam anime motionum principem eſſe. In terreſtribus autem animantibus quippe cũ perfectione natura predita ſunt: principatum uniuerſum animam obtinere. Nã ſenſus eorum longe uiuatiores eſſe uidentur: & celeres quidem acuteue ſunt pręſentium rerum perceptiões/exacte uero præteritarum memoriæ apud plurimas quadrupedes animantes: Quamobrem in aquatilibus quidem/ ut uidetur/ animantia corpora ſunt creata/ Reptilia nanq; uiuentium animaꝝ ex aquis exorta

ſunt. In terreſtribus autem animam adminiſtrãtem corpora tellurem educere iuſ ſum eſt: proinde quaſi plus quid habeant animantia terreſtria quam aquatilia fa cultatis uiuendi. Et. n. expertia quidem ſunt & animantia terreſtria rationis. At tamen affectiones complures animę naturali ſua queque uoce ſignificant. Nam & gaudium/& dolorem/& conſuetudinis agitationem/& indigentiam alimenti & ieiunctionem conſortium: & innumeras id genus affectiões emiſſione ſuę uo cis indicare uidentur: Sed animantes aquatiles non modo non eliciunt uocem: ſed neq̨ miteſcere qdem: neq̨ diſcere poſſunt. Quin etiam ad omnem omnino uitę ſocietatem hominibus inattractabiles ſunt: penituſq̨ ineptę. Cognouit bos poſſidentem: & aſinus perſepe domini ſui/Piſcis autem nõ agnouerit ſuum unq̃ altorem ſcit aſellus aſſuetam ſibi uocem: ſcit eã uiam qua ſepius ambulauit/Nõ unq̃: & dux homini ſit erranti: Auditus etiam huius animantis acumen: nec ce terorum quidem habere quicq̨ terreſtrium ferunt: Cameli preterea mali memo riam ipſi illati grauemq̨ furorem: atq̨ ad iracundiam tenendam propenſionem quodnam unq̃ in humore uitam degentium animantium emulum eſſe poſſet/ olim uerberibus cæſa Camelus ira tempore longo recondita: cum idoneũ opor tunũq̨ nacta fuerit tp̃s malum illud tandem reddere ſolet: Audite uos audite/ qui grauem/amarũq̨ geritis animum: quiq̨ mali memoriam uobis illati/tanq̃ uirtutem probitatemq̨ quandam exercere ſoletis: Cui nam aĩali perſimiles eſtis: cum dolorem contra proximum/perinde atq̨ ſcintillam occultatam in fomite eo uſq̨ reconditis: quouſq̨ materiam occaſionẽq̨ nacti tanq̃ flãmam quandam iram furorem/atq̨ excandeſcentiam accendatis: Educat terra animam uiuentem Cur animam tellus educit: Vt quid intereſt inter animam iumenti: atq̨ animã hominis diſcas: At animam quidem hominis paulopoſt ut orta eſt: & conſtitit ſcies: Nunc audi de animantium anima ratione non preditorum: Cum anima lis omnis anima ſanguis ſit ipſius ut ſcribitur: ſanguis autem coactus in carnem ſuapte natura uertatur: caroq̨ corrupta in terram reſolui ſoleat: terrea merito na tura quedam eſt anima iumentorum: Igitur animam terra uiuentem educat: Aſ pice queſo profectionem animę ad ſanguinem: ſanguis ad carnem: carnis ad ter ram/atq̨ reſoluendo per eadem regredi uelis/a terra in carnem: a carne in ſangui nem/a ſanguine in animam ipſam: & iumentoꝝ animam inueneris terram eſſe: Noli putare corporis ipſorum conſtitutione uetuſtiorem animam eſſe: neq̨ poſt carnis diſſolutionem perſiſtere: Elatorum arrogantiũq̨ Philoſophorum fuge de liramenta: quos haud pudet: animas ſuas: & equinas: atq̨ caninas eadem in ſpe cie collocare: qui ſeipſos etiam: & mulieres olim: & frutices aſſerunt: & ęquoreos piſces fuiſſe: ego uero piſces quidem illos olim fuiſſe nõ auſim dicere: Eo tñ tpe

quo iſta ſcriptioni mandabant:expertes magis rationis q̄ piſces fuiſſe:& uehemē
ter aſſererem atq; contenderem: Educat animam terra uiuētem. Mirantur fortaſ/
ſe pleriq; ueſtrum cur orationem proſpero currente curſu tempore quoq; nō par
uo conticui/Sed auditorum ii ſane:qui magis in hoc incumbendo preſenti ſtu/
dio labori non parcunt:cauſam certo ſcio mei ſilentii non ignorant: Qui nāq;
ignorant:qui,mutuo ſeſe reſpicientes/ac conniuentes/me ad ſe conuerterunt : in
eorumq; ſenſum quæ pretermiſſa ſunt reduxere: Nam unum quid totum creatu
rę genus:neq; id quidem minimum:nos preteriit:& pene abiit:& diſceſſit ſine in
quiſitione contemplationeq; relictum: Educant enim inquit aque reptilia uiuen
tium animarū per genera:& uolatilia ſub firmamēto celi: Heri itaq; de nantibus
tot diſſeruimus:quot ueſperaſcentis anguſtia cœli nobis conceſſit: Hodierno ue
ro die ad animantium terreſtrium inueſtigatiōem inde migrauimus:atq; ita nos
uoluere genus in medio collocatum dilapſum effugit ac euolauit. Vt igitur obli
uioſi facere uiatores conſueuere:qui ſiquam rem ſibi per neceſſariam reliquiſſent
& ſi longis itinerationibus magna uie ſpacia tranſierunt rurſus tñ eadem redeūt
uia dignum deſidia ſua penam luentes:eum inq̄ laborem quem in remeando ſu
ſcipiunt/Sic & nos ut uidetur agamos neceſſe eſt/eademq; uia redeamus oportet
Enimuero neq; facile paruipendendum eſt id quod pręter miſimus genus : Sed
tertia pars animalium creationis eſſe uidetur. Si tria genera ſunt animaliū:aqua/
tile uolatile:at terreſtre. Educant inquit aquæ reptilia animarum uiuentium per
eorum genera:& uolatilia ſuper terram uolantia ſub firmamento cœli:Cur ortū
ex aquis & uolucribus ut aquatilibus præſtitit : An quia uolantibus ad ea quæ
natant:quaſi conſanguinitas quedam atq; affinitas eſt/ Nam uti piſces humorē
ſecant agitatione quidem pennarum ad loca priora quæ petunt ꝓficiſcentes/cau
de uero mutatione flexiones ſibi rectoſq; impetus gubernantes/Sic & in uolatili
bus fieri conſpicere licet/ Aerem pennis aliſq; fundentibus ſimili natātibus mo
do. Quare cū una peculiaris cōmunis ſit utriſq; cōditio ipm inq̄ natare:una quę
dam ipſis affinitas/ex aquarū ſane generatione tributa eſt: Verū uolatile nullū pe
dibus caret propterea quod uniuerſis uictus a terra præſtantur:& oībus pedū of/
ficio ſubminiſtrationeq; neceſſario opus eſt: Rapacibus.n.ungues adūquos atq;
acutos uenationis gratia:ceteris ob aſſequēdum pabulū/atq; ad reliquā degendā
uitam:pedū natura ſubminiſtratiōem neceſſario præſtitit:perpauce ſane uolucres
præd te ſunt pedibus prauis/nec ad ambulādum/nec ad uenandū pedibus apte:
Vt hirundines:& eæ que falcule nuncupant:qbus ex iis quæ ferunt in aere pa/
bulū compar: Quin hirundinibus propinquus humo uolatus ꝓ munere pedū
eſt: Sunt tñ/& in uolucrū natura generū innumere differentie: Quas ſi quiſpiam

eodem tráſegerit modo quo piſcium ēt aliqua ex parte diſcrimina nos tetigimus
unum idem cōe uolucrum nomen infinitas aũt inuenerit differentias & inenar-
rabilem inter ipſas/mole formis coloribus uita moribus actiōibuſq; uarietatem:
Iam uero qdam enixi ſunt in ipſis/& noīa noua fingere:ut in ſolitis alieniſq; no
minibus/tanq̃ qbuſdam iuſtis notis:proria cuiuſq; generis pcipi natura peculia-
riſq; conditio poſſit:Atq; alias fiſipennes appellarunt:ut aquilas: Alias cutipen-
nes:ut Veſpertiliones:alias mēbranipennes ut ueſpas:Alias uaginipēnes: ut ſca
rabeos quæq; oīno pennas cruſta intectas habēt/indeq; ipſis explicatis libere uo-
lant/Sed nobis ad generũ uolucrum diſtinctiōem aſſignādam peculiarēq; natu-
ram ſufficit ipſe cōis uſus.& difinitiōes eæ:quæ de puris atq; impuris a ſcriptura
tradunť : Aliud itaq; genus eaꝝ eſt:quæ carnibus ueſcunť aliaq; cōpoſitio/atq;
forma modo uictus ipſaꝝ accomodata/Vngues his inſunt adũci acuti: & roſtrũ
ſimili modo:celeritaſq; uolatus atq; pernicitas:ut facile prçda capiať : diſtractaq;
atq; dilaniata predatori pabulum fiat:Alia forma rurſum eaꝝ: quç frugibus ue
ſti ſolent:Alia eaꝝ quæ omnia deuorant:In his ipſis plurimæ ſane ſunt alie dif-
ferentiæ:Nam partim ſolitariæ ſunt/Vt rapaciũ totum genus:His.n.nihil pror-
ſus cōmune eſt/prçter coniugalem ſocietatem/partim gregales/aut colũbç:grues
monedulæ/ſturni innumeræq; alie uolucres:quibus gregalis placet uita natura:
In his ēt aliæ nullo ſunt imperio ſubdite/ſed quaſi ſuo iuræ libere uiuunt : Alie
ſub duce degere paciuntur/Vt grues/ut apes/Iam uero nō mediocrem in his: &
aliam differentiam eſſe nouimus/nam aliæ nunq̃ ſedem mutant/ Sed eiſdem in
locis ſemper uerſanť:Aliæ mutare definitiſq; tpibus eſtate accedente brumaq; re
motiſſima loca petere ſolent Complures aues preterea ſi educarenť manſueſcũt
miteſq; ſiũt p̃ter eas q inualide ſunt:q̃ pp exuperantem metũ atq; fauoré aſſiduã
attrectatiōem moleſtiamq; inde prouenientem nō ferunt : Quin ēt ſunt:& q̃ cũ
hoībus degũt:& ſimiliter habitare ſolēt:Alie uero mōtes incolunt:& ſolitudine
gaudēt:Maximũ aũt diſcrimé eſt inſup īter ipſas:& dr̃ia circa uocẽ:Alie nãq; lo-
quaces:atq; multiloq; ſunt:Alie taciturnæ:& alie oſines:ac multas uariaſq; uoces
eliciũt/Alie i oſcines penitus ſunt:cantuſq; expertes: Aliis p̃terea data ius eſt imi
tãdi/aut ex ſeſe ſuapte natura aut exercitio adhibito ſtudioq; / Alie uocem unici
modi/ac imitabilẽ edũt:Ellatus eſt gallus gallinaceus atq; ſupbus : ornatus pauo
politurçq; ſtudioſus:Colũbe copia libidinis gaudēt:& gallinaceũ genus ſalax ẽ
oīq; tpe ueneri īdulget:Callida uolucris aſtuta:ac īuida pdix eſt/malicioſeq; cum
uenatoribus in p̃da agit:Innumera pfecto uolucrũ uti diximus & actiōem:& ui
tæ degēde diſcrimina ſunt:Sunt nōnulle uolucres:& ciuiles/ſi ciuilis offm̃ ſocie-
tatis ſi munis ẽ:ad unũ cōem finẽ agēdũ ſinguloꝝ actiōem opamq; concurrere

Vt in ipſis diebus intueri licet: His.n.cõis eſt habitatio : Cõis uolatus/cõmunis
deniq; unaq; oium actio:& quod porro maximũ eẽ cõſtat/ſub Rege pręſide du
ceq; munus oẽ ſuũ officiũq; aggrediunť ac agunt. Nõ prius ad ſaltus apes/pra-
taq; aduolareq; proficiſciq; patiunť/q̃ Regẽ foras prodire uideant anteireq; uo
latu: Atq; Rex apud ipſas nõ ſuffragiis eſt conſtitutus nã impitia populi ſepenu
mero peſſimũ oium in magiſtratũ aſſumit: Nõ ſorte poteſtatẽ ẽ aſſequutus: Sor
tiũ.n.cõcurſus ad oium peſſimũ deterrimũq; pſepe deferũt principatũ: Nõ pater
ne uiris ſucceſſionis geſtitat ſeptra: Nã & ii Rudes experteſq; pbitatis oĩs ob lu-
xum aſſentatiõeſq; plerũq; fieri ſolẽt/Sed a natura principatum oium obtinet/
magnitudine forma mãſuetudine ceteris oibus antecellẽs: Eſt.n.& ipſe Rex acu
leo preditus/Spiculoq; armatus: at nunq̃ irritať adultionẽ nunq̃ uiť illo / leges
quedã iſta pfecto naturæ ſunt inſtitutaq; lr̃is non mandata : Tardos inq̃ eos ad
uindictã penãq; ſumendã eſſe oportere: q maximas obtinẽt poteſtates: Quin &
apes quæ nõ ſequunť/ac imitanť Regis exẽplum/cito admodũ temeritatis pe-
nitet ſuæ: ppea quod mox poſt ictum intereũt: Audiãt iſta Religionis hoĩes nr̃ę:
qbus lege ſancitũ eſt: neminiq; unq̃ hoi p malo reddere malũ/Sed malũ uince-
re ſuparẽq; bono: Imitare mores apis peculiares: q̃ nemini prorſus officiens nec
alienos ullus fructus demoliẽs: fauos extruit ſuos atq; cõponit. Et.n.cerã qdem
a floribus aperte pedibus colligit: Mel aũt roreũ inq̃ humorẽ inſperſum floribus:
ore libatum atq; attractum in fauorẽ ſinus imittit/atq; recondit: Vnde & humi
dũ primũ eſt: deinde tpe concoctum/ad ſuã ppriam craſſitudinẽ ſuauitatẽq; red
dit: Perpulcras ſane p̃cedenteſq; laudes a puerbioꝝ auctore nacta eſt apis : ſapiẽs
operatrixq; nũcupata: adeo pabulũ diligẽter elaborateq; cõgerẽs : Cuius labores
inqt tã Reges: q̃ priuati hoĩes ob ualitudinẽ edũt/Adeo ſapiẽter/adeo exacta mi
raq; arte penaria mellis extruẽs atq; fingẽs: Intenuem.n. extẽſa cera mẽbranã fre
quẽtes cellulas dẽſas ſibiq; cõtinuas alias ſup alias extruit/ ut ipſaꝝ adeo minuta
rũ inter ſeſe uinculi dẽſitas uniuerſo ſit operi munimentũ/ac firmitudo: Quę.n.
adheret alteri cellula prenui ſeiuncta ſimul copulataq; ſeptro : Deinde aliæ ſuper
alias accumulanť hæ fiſtule/inaltũq; ediť opus/pinde ut ædes p̃celſæ: ſecũda/ter
tiaq; p̃dite cõtignatiõe: Nãq; caueť ipſi cõtinuũ unũ efficere ſinũ/ ne foras hũor
ſuo p̃ põdere dilabať: Aiaduerte quæſo/ut ea q̃ a dimetiẽdi facultate compta ſũt
opatiões apis ſapiẽtiſſime comitanť: fauorẽ.n.fiſtule oẽs cera cõpactæ: ſenis an-
gulis ęqualibuſue latteribus p̃dite ſunt/Neq; recta ſup alias alie iacent: ne fundi
uacuis interuallis accõmodati defatigenť: Sed inferioꝝ anguli ſedes ſupioꝝ/fun
damẽtaq; ſunt/ut in ſublimi tuto ſuſtineãt põdera: & ſeorſum humor i unoquo
q; ſinu ſuſcipiať: Quonã pacto mores actiõeſq; peculiares exacte uolucrũ uobis

exponam:Grues excubias nocturnis tꝑibus uiciſſim habere ſolent:& cetęre qui-
dem dormiunt. Vna uero uigilat oẽſq; luſtrat:& erecto proſpicit collo/ſecuritatẽ
dum dormiũt uniuerſis preſtando/exacto deinde tpe definito:illa qdem emiſſo
clangore ſeſe ad ſomnũ carpendũ uertit/Alia uero ſuccedit:& ꝗ accepit reddit in
ꝑtem ſecuritatẽ:Hũc eũdem ordinẽ:& ipſaꝝ uolatu ꝓfecto cõſpicere licet:Alias
enĩ alia ducẽdi ceteras offm̃ ſubit/ſtatoq; tpe munere hoc functa ad totius agmi
nis ſeſe terga recipiẽs idẽ ei ducẽdi munus que poſt ipſam prima uolabat tradit
Mores uero Ciconiaꝝ haud longe dixeris a prudẽtia natõeq; diſtare:Ita uno tpe
has oẽs in nr̃as ꝓuincias ueniũt:Ita rurſus habiture certo congregant̃ in loco/in
deq; uniuerſo ceu lege prædicta die recedunt:Cornices aũt noſtrates ueluti licto
res ipſas ſatelliteſq; cõmitantur/atq; deducũt:Quin ut mihi uidet̃: & ſocias ſeſe
offerũt aduerſus aues ipſis aduerſariis atq; hoſtes: Cuius rei argumento ſunt illa.
Primũ quod noſtris in ꝓuinciis illo tpe nulla prorſus Cornix conſpicitur:Dein
de cum uulneribus redeũtes:aperta ſuppetiarũ indicia nobis afferũt: & ſocietatis
pugnãdi:Quis apud ipſas hoſpitalitatis quæſo iura p̃ſcripſit: Quis ipſis minas
intulit accerſendi criminis exercitus:acieiq; deſerte ut nulla prorſus deducẽdis ſe
ſe copiis:atq; turmis: Audiant hęc hoĩes ii q hoſpitio nõ indulgẽt:Ianuaſq; ſuas
occludũt:& neq; hyeme/neq; noctu ſolo tegmine pegrinos aduenaſq; ſuſcipe pa
ciunt̃: Iam uero pietas:& obſequiũ Ciconiaꝝ/erga ſuos ſenio cõfectos parentes
ſatis ꝓfecto liberos noſtros beniuolos parẽtibus atq; obſeruãtiſſimos efficere põt
modo mẽtem adhibere uelint/cũ nemo ꝓrſus adeo demẽs experſq; prudẽtię ſit
ut aut nõ mediocri pudore dignũ exiſtimet a litibus adeo rõnibus expertibus ſe
ſe inferiorẽ eſſe uirtute:Ille genitorẽ pẽnis iam ob ſenectutẽ expoliatũ ſuis ꝓpriis
pẽnis circũdatum fouẽt:& abũde uictũ/lauteq; ſubminiſtrãtes ſubſidiũ ẽt ei quo
ad fieri põt in ipſo uolatu p̃ſtãt/ſenſim utrinq; ſuis eũ ſubleuãtes alis: Idq; adeo
diuulgatũ eſt/adeoq; notũ/ut qdam haꝝ ipſaꝝ alitũ noĩe gr̃æ reditõem appellẽt
Nemo pauptatem deploret:Nec is de ſua uita deſperet:actũq; iam eẽ de ipſa pu
tet:cui nihil eſt de p̃rimonio ſuo relictũ ad hirũdinis reſpiciẽs ingeniũ:quo faci-
le admodũ hirũdo ſibi ſubuenire ſubminiſtrareq; uidet̃: Nã illa nidulũ extruẽs:
ſtramẽta qdem ore legit/ad eũq; locum ubi eſt edificandus deportat : Lutũ autẽ
cũ deferre pedibus nequeat:ſũma pẽnaꝝ aqua prima madefacit/Deinde tenuiſſi
mo puluere ſeſe inuoluẽs:hoc ſibi pacto luti cõperit uſum:Tum paulatis compa
ctis inter ſeſe floccis/colligatiſq; ſtramentis interpoſito perinde/atq; glutine luto:
in ipſo nidulo iam extructo/ſuos tandem excluſos editis ouis pullos nutrit: quo
rum ſi quiſpiam pupugerit oculos:habet quandam a natura ſibi cõceſſam facul
tatem medendi:qua quidem ad ualitudinem priſtinam ſuæ lumina prolis redu-

cit/Hæc te doceant hæc te admoneant/non ob paupertatis incommoda ad flagi
tia ulla fraudeſq; compelle/nec in grauiſſimis calamitatibus conſtitutum / eiecta
ſpe penitus incertem animo labefactarum fractoq; ſine actione / ſineq; operatiõe
ulla iacere:Sed ad deum ipm confugere:qui ſi tantis muneribus hyrundinem ip
ſam affecit/quanto maiora in eos homines beneficia conferet:qui toto corde ip-
ſum inuocant in ipſumq; confugiunt:Alcedo,quedam eſt auis mari maximope
re gaudens Hęc fetificare ſecũdum littora ſolet/ouis in ipſa arena poſitis circiter
mediam brumam:cum crebris ſeuientibus flatibus/ uehementibuſq; ꝓcellis exa
gitatum uoluitur ad littora uaſtum:atq; illiditur mare:Attamen ſileſcunt tũ oẽs
uenti:quieſcunt unde:tumida ęquora placant:ſeptem totis diebus cum incubat
ouis alcedo:Tot enim dumtaxat diebus ipſam ſuos excludere pullos ferunt:Sed
cum & uictu ſit ipſis opus alios inſuper pro incremento ſue prolis beneficentiſ-
ſimus ipſe deus huic tam exiguo præſtitit animali/ſerenos itidem ſeptem trãquil
loſq; dies:Id omnes etiam nautici ſciunt:& alcionides dies illos appellat/Hæc ti
bi rationis expertis cõmoda diuina prouidentia preſtat ut inde quaſi lege ſit tibi
ſtatutum:& a te ſemper poſtulare quid a deo que ad ſalutem tuam pertinent poſtu
lare:Quid a deo quæſo tui cauſa non fuerit admirabile:quem ad imaginem ipſe
ſimilitudinemq; ſuam creauit/quando quidem alitis tam exigue gratia mare tã
uaſtum tam terribile ſeuumq;/tranquillum eſſe medie bruma iuſſum detinetur
atq; quieſcit/Turturem autumant ſeiunctam a cõiuge morte correpto:nunq̃ ſo-
cietatem inire cum alio ferre:ſed ſine coniuge uitam celibem degere recordatio-
ne conſortis:coniugium alterius annuentem:Audiant ipſe mulieres: ut apud ẽt
animalia ratione non predita uiduitatis honeſtas indecoro iterati connubii ante
ponitur iniquiſſima uolucris aquila in educanda ſua prole dicitur eſſe pullorum
n alterę excuſſorę/alis pcuſſum abigit/extrudit:precipitat / alterę ſolum uti ſuum
aſſumptũ educat Tedio porro nutriendi quem genuit ipſa fugat:ſed hunc eiectũ
ut aiũt cognati generis oſſifragus haud negligit:neq; pire ſinit:ſed excipit & una
cũ ſuis educat pullis:Tales parẽtes ii ſunt:qui paupertatis pretextu / liberos ſuos
infantes exponũt.quiq; in diſtribuẽdo pr̃imonio filiis ſuis iniqſſimi ſunt.Eſt.n.
par ꝓfecto cõſentaneũq; rationi naturę:ut æque cuiq; tribuere uitã ſic eos ipſis ẽt
equæ uiuẽdi facultates p̃ſtare:Imitari noli crudelitatẽ eaꝝ aliũ:qbus ungues adũ
ci ſunt:Hi cũ ſuos cenſerint fetus uolandi iam poteſtatẽ cõſequutos eſſe alis eos
uerberantes ſuis ac impinguẽtes:nidis ꝓpellunt:nulláq; prorſus erga illos extroſos
curã deinceps ac diligẽtiam adhibẽt:Laudandus eſt ſane cornicis erga ſuũ ꝓlem
amor/laudanda eſt diligentia:Hæc ſuos pullos iam uolantes:& comitatur:& ali
quandiu nutrit:Complutibus auiũ generibus in edendis ouis nõ opus eſt copu

la marium:Sed ſine coitu pariunt oua:quæ ſubuentanea nuncupant͡ꝛ:Veꝝ ince deris quidem irrita uanaq; ſunt:Neq; quicq̃ exilis fotis excutit͡ꝛ uultures autem/ magna ex parte parere ſine coitu ſubuentanea fecunda ferunt: & eſſe longiſſime uirę:quippe quibus ad centenos uſq; annos plerunq; uita protenditur. Id exalitum ipſe commentariis notatum habeas animaduerſumq; uelim:ut cum noſtrū archanum nonnullos homines irridere conſpexeris:quaſi fines naturę:cancelloſq; digrederetur fieriq; non poſſet/ut uirgo pariat uirginitate ipſius integra intemerataq; perſiſtente:ueniat in mentem tibi deum cui libuit hominibus iis ſalutē preſtare:qui in pręconi ſtultitia credere͂t:Complura nimirum ex ipſa natura rerum ad fidem talibus mirabilibus adhibendam:exempla iam inde ab initio ſemī naq; præmiſiſſe/atq; iecisse:Educant aquę reptilia animarum uiuentium & uolatilia uolantia ſuper terram in firmamento cœli.Iuſſum eſt uolucres ſuper terram uolare:propterea quod a terra pabulum omnes ſumunt:Atq; in firmamēto cœli/ideſt in aere/ut antea diſſeruimus/qui ueluti cœlum conſpicitur: & dentior eſt atq; craſſior:quam ethereum corpus ob exalationes:quæ hinc ad illum uaporeſque ſublimes feruntur.Habes celum iam perornatum: Tellurem comptam: ac decoratam:Mare fetibus ſuis abundans.Aerem deniq; peruolitantibus alitibus refertum/orta omnia/edita omnia diuino imperio ubi nunq̃ eorum antea quicq̃ erat:Quæ omnia tute ipſe contemplator impiger auditor:& iis inſup animaduerſis:quæ noſtra nunc omiſit oratio:nimiam in ipſis trahendam moram euitare percupiens/ne modum egredi uideatur:ā ſapiētiaq; creatoris/ inde ſumma per cepta/non deſinere uelis nnq̃ mirari ex oibuſq; rebus creatis deū opificē exaltare gloriaq; afficere.Habes in tenebris ea uolucrū genera:que nō niſi noctu uagātur ſibiq; uictum acquirunt:In luce ea quæ die uolitāt:Veſpertiliones enim/noctuæ:ullulę ceteraq; id genus nocturno tempore non die pabulum queritant/ut tibi ſi unq̃ te non occupet ſomnus:morula etiam in ipſis:affectionumq; peculiarium:que ipſis inſunt animaduerſio/ad gloriā dicendam Creatori ſufficiat:Conſideres uelim:ut cum incubat/luſcinia uigilat/totaq; non ceſſat canere nocte / ut Veſpertilio:quadrupes eadem eſt aleſq; ſimul:& auium ſola dentibus utitur: & parit quidem ut omnis fere quadrupes animal innatat autem in aere non pennis uolitans ſed membrana quadam emula Cutis.Vt & id genus mutuam inter ſeſe quandam beniuolentiam habeat natura:atque ueluti Cathena quedam contexta/mutuo ſibi ueſpertilionis herent:aliaque ab alia pendet:quod haud facile ſane apud nos homines fieri poteſt.Seiuncta namque priuataque uita communi coniunctaeque longe a pleriſque hominibus anteponitur. Vt oculis noctuæ perſimiles homines ii ſunt/qui ſapientiæ ſtudio uane incumbere

Nam ut illius aſpectus noctu quidem ualet. Sole autem illuceſcente non medio
criter offuſcatur/ſic & iſtorum hominum mens/acutiſſima quidem ad uanas res
perſpiciendas eſſe uidetur:hebetiſſima uero caligineq̧ referta ad ipſam lucem ue
ram percipiendam euaſit. In die quoq̧ perfacile tibi fuerit undequaq̧ Creatoris
admiratioñe elicere ut ad opera conficienda te familiaris excitat excubitor ales:
acuta magnaq̧ inclamitans uoce:Cantuq̧ ſuo ſolem diemq̧ prędicens accedere
Atq̧ concitat quidem uiam ab aurora uiatores arripere:educit aũt ad ſuos labo-
res atq̧ meſſem agricolas: Vt peruigili cura genus anſerum occupat: & acutiſſi-
mum eſt ad ea ſentienda que latent:qui iam olim & ipſam urbem ſedem/ ac do-
micilium imperii defenderunt ac conſeruauerunt/hoſtibus qbuſdam per occul-
tos cuniculos iamiam occupaturos arcem ac Capitolium / Romæ clangoribus
ſuis uociferationibuſq̧ declaratis/ac patefactis:Cui nam alitũ generi non ꝓpriũ
& peculiare quid admirandum deus naturaq̧ impreſſit:Quis quæſo cædẽ uul-
turibus ac mortem hoium cum contra ſeſe militiam ducũt prędicit: Videris enĩ
uulturũ innumeros greges exercitus caſtraq̧ ſequentes armoꝝ apparatu ferroq̧
proculdubio talem exitum cõiectantes quod qdem haud longe dixeris a cogita-
tiõibus humanis cõiecturiſq̧ diſtare:Quonã pacto tibi militias exercituſq̧ locu
ſte terribiles enarrauero quæ uelut agmitie facto ſub una teſſera ſublimis uniuer
ſa ſimul elata caſtris/toto late poſitis agro/nõ antea ſane fructus depaſcitur q̃ ipſi
ſit id a deo conceſſum atq̧ mãdatum. Vt graculus eam inſeqtur remediũ cladis
edendi ſine fine uorandiq̧ facultatem obtinẽs inſatiabilem a Creatore naturam
ſortitus:quo tanta diuino beneficio pernities eſt medio perbreui tpe tolli poſſit.
Quis eſt canẽdi modus cicadę/Vt meridie magis incũbunt cicade cantui ſpiritus
tractione quæ fit cum pectus expãditur ſonum eliciẽtes Eqdẽ orone plus a uo-
lucrũ admiratiõe relinq uideor q̃ ſi pedibus celeritatẽ uolatus eaꝝ conarer attin-
gere:Cum uolatiliũ ea cõſpexeris quæ inſecta uocant:ut apes: ut ueſpas ſic.n.ea
nũcuparunt/ꝓpea quod in ciſuris qbuſdam corpus eoꝝ precingit:ueniat tibi in
mẽtem ea prædita reſpiratiõe nõ eſſe pulmoneq̧ carere/Sed totis oĩa ſuis corpo-
ribus aura ueſci. Quapp ſi oliuo fuerint madefacta oculis meatibus peũt Sin ace
to ꝓtinus aſpſeris ea:recluſis foraminibus reuiuiſcũt: Nihil ultra neceſſitudinis ꝓ
fecto fines:opifex uniuerſi deus nihil oino citra creauit/Si uolucres eas quę gau
dẽt aquis conſpexeris diuerſam ab aliis in illis porro compoſitionem inueneris:
Namq̧ pedes non fiſſos uti cornicis non uncos uelut earum auium que carni-
bus ueſci ſolent: Sed latos atq̧ membraneos obtinent ideo ſane ut commodius
fluitare ſuper aquas natareque poſſint pedum membranis perinde atque re-
mis diſpellentes humorem: Sin item animaduerteris / ut olor in altum

emiſſo collo/ex imo ſibi cibum exaurit aperte tum creatoris inſpexeris ſapienti-
am compereriſq; porrectius ipſi collum ideo pedibus opificē adiunxiſſe:ut illud
perinde/atq; lineam piſcariam ipſe deducens in altū ocultum inde pabulū con-
ſequatur/Abſolute ſi ſacræ ſcripturæ uerba legant̃ ſillabę pexigue quedā eſſe ui
dent̃.Educāt aquę uolatilia ſup terrā in firmamēto cęli:Sed cū uerboꝝ ſentētię
pueſtigant̃/tunc quāta nā ſit ſapiētia creatoris pſpicit̃ quod uolucrū opifex ipſe
diſcrimina:quot differētias expromēdas cōcepit/p quot ipſas īter ſeſe genera ſpe
cieſq; ſeiūxit:aut ut ſingulas ꝓpriis qbuſdam inſignibus/peculiaribuſq; diſtinxit
Deficiet mihi ꝓfecto dies ea uobis que ſunt in aere miranda narranti cōtinēs ip
ſa iamdudū ad oſtentādas feras ſerpētes:& pecudes nos inuitat:parata certo ſcio
nō inferiora ſtirpibus natatiliq; genere nobis ac uolatilibus cūctis uic ſſim oſtē-
dere/Educat terra uiuentem aīam iumētoꝝ & feraꝝ:& reptilium in genere ſuo?
Quid aitis uos quęſo qui diuo Paulo non creditis de ea mutatione quare reſur-
rectione cōmuniq; indicio fore dicit:cōplures animantes aereis mutare formas
cōſpicientes:quales affectiones ſane de uerme quoq; illo indicio cornua ꝓtendē
ti gemina narrari ſolent hic in erucam uertitur/primum/ſit deinde procedens id
quod bombex appellatur at neq; hac in forma perſiſtit/Sed lentis latiſq; pennis
ueluti foliis binis obortis in uolucris effigiem immutat̃:Cum igitur uos o mu-
lieres uermium illorum reſoluitis retorqueti ſq; opera:fila inq̄ ea que ſeres ad uos
mittere ſolent:ueſtium cauſa mollium efficiendarum ueniat uobis in mētem hu
iuſcē uarietas animalis in formas/atq; mutatio : indeq; reſurrectionis dilucidam
certamq; ſententiam ſumite:crediteq; ei mutationi : quam hominibus omnibus
communem ipſe diuus Paulus pollicetur:At enim oratiōem noſtram cancellos
digredi ſentio mediocritatis:Enimuero cum ad eorum multitudinem/quę ſunt
dicta reſpicio/me tum ultra modum efferri uideo:Sed cum ad ſapientiæ creatri-
cis in ipſos inſitam rebus uarietatem me uerto/nec initium enarrationis metum
ſupſiſſe exiſtimo/Et inſuper ſi longiuſculo tempore uos hoc loco detineo / non
inutile profecto/non futile eſſe uidetur:quid enim & ad occidentem uſq; ſolem
quiſpiam ageret : Vos epulum lautum non ſollicitat : Vos conuiuia non expe-
ctant:Q ua propter ad animæ letitiam hoc corporali ieiunio uoluptatemq; ſi ui
deatur utamur:Carnis ſepenumero uoluptates ſubminiſtraſti:Hodie morulam
in animæ ſubminiſtratione trahere paciare : Fruere deliciis domini & cordis ipſe
deſideria tui poſtulationeſq; tibi preſtabit:Si diuitiarum auidus es: habes diuiti-
as ſpiritales:iudicia domini uera iuſta que plus ſane deſiderabilia ſuntiquam au-
rum:quam in numeri lapides precioſi / Si deliciis deditus es:ſi uoluptatis cupi-
dus homo:habes eloquia Dei:quæ longa dulciora/longe ſuauiora melle/fauoq;

ſunt:cuius ei:q ſpiritali ſenſu/ſano ualidoq; ꝑditus eſt/Si uos dimiſero:& Concilium hoc diſſoluero ſunt q̧ ꝓtinus ad talariũ ludũ teſſeras alcaſq; ſeſe cõferent: Iuramẽta ſunt illic:cõtẽtioneſq; pergraues/ac auaritiæ partus:Spiritus malignus aſſiſtit furorẽ pũctis oſſibus illis ludentiũ inſaniamq; accendens. Eaſdem ille pecunias nunc ad hunc/nunc ad alterum transfert. Atq; modo hunc uictoria affert illum uictum meſtitia premit modo contra illum elatum/hunc demiſſum oſtendit:quid prodeſt quæſo corpore ieiunare animam uero mille uiciis / mille malis eſſe refertam:ac uero qui talario quidem ludo teſſeriſq; aleiſq; nõ uacãt in ocio uero ne quicq̃ degunt:quid uani non loquunť quid abſurdi nõ auſcultant/ociũ enim dei metu ſi Careat:preceptor ſis eſt hoĩbus uiciorum qui temporibus non indulgent. Igitur fortaſſe quidem & utile quid in iis que dicuntur hic a nobis comperietis:Si minus:at delinquere nobis ſaltem haud licebit / hic noſtris hiſce congreſſionibus negotiiſq; detentis ac occupatis:Quibus efficiť /ut quo uos quiſpiam plus hoc loco detineat/eo uos plus a comittendis delictis abmoueat: Satiſfaciunt & ea ſane quæ diſſeruimus equo bonoq; iudici ſi quiſpiam nõ ad affluentiam/copiamq; reꝝ quæ ſunt a deo create/Sed ad noſtræ facultatis imbecillitatem atq; ad ſatisfactionem uoluptatis eoꝝ qui huc conuenerunt reſpiciat. Tellus uos ſuis germinibus/mare piſcibus aer uolucribus inuitauit/parata eſt adhuc continens:haud his inferiora uiciſſim item offerre uobis atq; oſtendere: Verum hic finis ſit huiuſce noſtri conuiuii matutini ne ſacietas uos exuperans ad ueſpertinas ſumendas epulas uoluptateſq; capiendas hebetiores efficiat: Qui uero cuncta ſua creatione compleuit:atq; in nobis omnibus ſuorum manifeſta miraculorum claraq; monumenta reliquit is utinam omni leticia ueſtra corda uoluptateq; compleat ſpiritali Ieſu Chriſto intercedente/quem gloria perpetuo decet.

DIXIT ETIAM DEVS EDVCAT TERRA VIVENTEM ANIMAM IVMENTORVM: ET FERARVM ET REPTILIVM PER GENERA SPECIES QVE.

QVALES nã ex uobis Epulę uiſe ſunt:Quas in aurora mea orõ uobis appoſuit eqdẽ id qď a me agiť:epulo pſimile cuiuſpiã hoĩs pauperis eẽ cẽſeo:q cũ ſeſe uideri pcuperet ex iis hoĩbus locupletiſſimis eẽ: q conuiuia lautiſſime:atq; opipere parant dapum defectione lautiſſimarum conuiuas offendit:mẽſam non niſi uilibus epulis uberius onerãdo. Quibus efficiť ut id quo gloriať/ſeſeq; liberalem uideri percupit in obrobrium ſibi decori ruditatis uertatur. Tale quid eſt:& id profecto a nobis nũc agitur niſi qd aliud a uobis

dicatur. Verũq; q̃cunq; ſunt ea quæ afferimus: haud nihili pendere uos oportet
Neq;.n. Heliſeus ut in p̄bẽdis epulis uilis poſt habebaẽ: q̃q̃ oleribus ſilueſtribus
amicos excipiebat. Scio uertendi leges alias in ſentẽtias ſcripturã & ſi nõ a meip-
ſo cõpleri/ſed elaboratas ab aliis offendi/Nam q nõ acceptant ſententias ſcriptu
ræ cões: ii nõ aquam: & aquã accipiũt: Sed aliam quãdam naturam inquiũt eſſe:
& plantam: & piſcẽ/ad id qđ ipſis uideẽ ĩmutant: Reptiliũ ẽt ortum: atq; feraꝝ
ad ſuas ſnias uertentes: interpretanẽ perinde ut ſomnioꝝ interpretes ad id reſpi-
ciẽtes quođ ſibi ꝓpoſuerunt: eoꝝ quæ ſecundum quietem uiſa ſunt interp̃tatio-
nes afferrere ſolẽt: Ego uero cũ fenũ audio fenum intelligo & ſtirpem & piſcem
& iumẽtum/oĩa uti dicta ſunt/ita accipio: Nõ.n. Religiõis me nr̃æ legiſq; pudet
Neq; qm̃ qui cõſcripſere de mũdo complura de terre figuris diſſeruere: ſiue glo-
boſa ſit/ſiue colũnæ emula ſiue Rote perſimilis tereti/ſiue concaua ſit in alueum
que redacta (ad has.n. oẽs opiniones ii qui de mundo diſſerperunt deducti ſunt
ſuam quiſq; cõprobans ceteroꝝ diluens demolienſq; ſentẽtiam) ob id ip̃m com
pulſus fuero/noſtram, hac extructionis mundi cõſcriptionem inferiorem exiſti-
mare ac dicere: quia nihil de figuris ſeruus dei Moyſes ille diſſeruit/Neq; qa ter-
re circuitũ uniuerſum ducentoꝝ qnquaginta duoꝝ milium ſtadioꝝ eſſe nõ dixit.
& umbrã terræ Cũ ſol moueẽ ſub terra q̃tum ad aeris ꝓtenditur ſpacium nõ eſt
metitus. quoq; modo defectiones hæc efficit cum in ipſam incidit luna: nõ aſſi-
gnauit: quippe cũ ea quę nihil ad nos attinẽt/ut inutilia nobis ſilentio prętermi-
ſit: ideo inferiora ſapientia mũdi que ſtulta iã euaſit ſancti uerba ſpũs eſſe cẽſebo:
Quin potius ei gr̃as agam q nr̃am ab inanibus uaniſq; rebus mẽtem ſemouit/
egitq; ut ea dũtaxat nobis ſcriptione tradanẽ: quæ ad aĩaꝝ extructõem nr̃aꝝ atq;
cõmodũ ſpectãt: Quod cũ nõ pcepiſſent ut mihi uideẽ/nõnulli deductiõibus q
buſdã modiſq; conati ſunt elegantiã q̃dã grauitatẽq; ſuis ꝓpriis ſentẽtiis ſcriptis
his adiũxiſſent: Veꝝ hoc hoĩs eſt ꝓfecto: ſpũs ſancti uerbis ſeſe ſapiẽtiorẽ efficiẽtis
interp̃tatiõiſq; p̃textu ſuas ſnias afferẽtis: Ita igr̃ hæc uti ſcriptura ſunt intelliganẽ
oportet: Educat terra uiuẽtem aĩam iumẽtoꝝ beſtiaꝝ reptiliũq;/Intelligas uelim
opificis dei uerbũ p orbẽ terraꝝ diſcurrẽs: quod quidem: & tunc operari cupit: &
hucuſq; operatur & operabitur etiam ſemper: quouſq; mũdus fuerit cõſumatus.
Nam uti pila compulſa manu ſi decliuẽ nacta fuerit locum partim ob ſuam for
mam: partim ob aptitudinem loci: preceps ad ima ſua celeritate fertur/neq; prius
ĩmoueri deſinit: quam plana ſuſcipiant ipſam loca/ſic ſane natura rerum/hoc uni
co cõcitata p̃cepto p res gerẽdas equali quodã curſu corrũpẽdaſq; trãſit generũq;
ſucceſſiõem ſimilitudine ſeruat/Succedit equus equo natura: leo leoni/Aqla aq-
le: Singulaq; aĩalia ſuis ordĩe ſucceſſiõibus cõſeruãẽ uſq; ad exitũ cõſumatõemq;

mūdi: Nullum unq̄ tempus proprias: peculiareſq; naturas animalium delet: Sed omnium ipſorū natura recens ſemper nouaq; perinde / atq; nunc incepiſſet tēpus cōmitatur accedens. Educat terra uiuentem animam iumentorū reptiliūq; / atq; ferarū. Hoc impium telluri nimirum impreſſum / infixum in ipſa permāſit / Nec deſinit unq̄ tellus opificis uoluntati ſubminiſtrare. Nam animalia partim ex antecedentibus oriuntur ſucceſſione ptim nūc ēt ex ipſamet emergere terra generatiq; cernuntur. Non ſolum enim cicadas humus in imbribus edit: & innumeras alias beſtiolas in aere peruolātes: quarū plurime nominibus pre ſua pertenui mole carēt: Sed & ſorices atq; ranas ex ſeipſa promit: ubi circa etiam Aegyptias thebas: poſt uehemētes in eſtibus pluuias: uniuerſa arua ſoricibus impleri protinus nouimus Anguillas quoq; / nec alio ullo modo niſi ex feculenta conſtitui materia: limoq; conſpicimus: quarum nec ouum / nec alius ullus modus ſucceſſionem efficere conſtat / Sed ex humo ſemper emergunt. Educat terra uiuentem animā iumentorū. Reptilia atq; ferarum: Iumenta terrea ſunt: & ad ipſam mutantia terram At planta cœleſtis homo: quantum figura formaq; corporis ceteris animātibus antecellit / tantum & dignitate animæ preſtat: Qualis nam eſt animantium quadrupedum forma: Capud illis ad humum eſt pronum ad uentrem ſpectat / uoluptatem omnibus modis perſequitur. Caput tuum ad ipſum celum exurgit. Oculi tui res ſupernas conſpiciunt: Quod ſi unq̄: & tu carnis affectionibus te ipſum ſubieceris / uentriq; & iis que ſunt ſub uentre ſeruieris: Comparatus eſt ſane tum cum iumentis mente uacantibus: & illis perſimilis eſt effectus: Alia te cura decet ſupernas res inq̄ explorare / ac querere ubi Chriſtus Deus noſter eſt collocatus: pergere mente ad res ſublimes atq; celeſtes / terrenis deſpectis / atq; poſt habitis: Uti forma decora natura prẹditus es ſic & te ipm & tuam uitam diſponere uelis: In repub. celeſti uerſate uera tibi patria eſt: ſuperna illa libera Hieruſalē: cōciues atq; contribules / ipſi primogeniti: qui ſunt conſcripti in cœlis / Educat terra animam uiuentem / Non inſita telluri rationis expertium animantium anima / diuino imperio / tum emerſit: Sed una cum imperio tum primum in ratione reрū exorta eſt: Atq; genere quidem una eſt animalium anima ratione non preditorū quippe cum unum ſit: & id ſimili ratione / quod ad eſſentiam ipſius accōmodat naturāq; exprimit: ipſa inq̄ uacuitas rōnis: Diſcriminibus aūt numeroſis differētiiſq; non una eſt / animalia nāq; ſingula diuerſis proprietatibus inter ſeſe uariiſq; non mediocriter diſtingunt. Eſt.n. bos quidem conſtans: Aſinus autem piger / Equus libidine incenditur: petitq; impetuoſe femellam: Lupus imiteſcere neqt Vulpes īſidioſa eſt aſtuta / callida / Ceruus timidus laborioſa formica: Canis gratioſus eſt: & ad beniuolentiam amicitiamq; propenſus: ſimul.n. animalia ſingula

cum ſua peculiari natura creata ſunt: Vna cum Leone animoſitas. & ira eſt orta uita ſolitaria expers ſocietatis ad ea quæ genus ſubeunt. Idem uelut enim tyrannus quidam animantium rationis expertium pares honores congreſſioneſq; cũ ceteris nõ acceptat: Sed aſpernatur. Qui neq; pabulum herinum ſibi unq̃ admiſerit nec ad reliquias ſue uenationis unq̃ redierit: Cui tanta quoq; uocis eliciẽde natura pręſtitit inſtrumenta/ut animantium complura longe ipſo celeriora ſolo rugitu ſepenumero capiantur: Vehemens eſt panthera & ad impetus faciendos propenſa pernixq;: Atq; idoneum ipſi corpus eſt datum humore/ac leuitate/ ad animæ motiones agigationeſq; ſubminiſtrandas: Pigerrima eſt Vrſæ natura ſolitaria: moris occulti: In imum ingreſſi/Simile ſane corpus: & ipſam ambit graue Compactum indiſtinctum/accõmodatum ſeſe occultanti pergelide feræ: Si trãſigamus oratione: quanta ratiõis expertibus iſtis ineſt ſine doctrina naturalis ſuę uitæ diligentia/atq; cura: aut ad noſtri cuſtodiam corporis/animarumq; noſtrarũ prouidentiam ſalutem impellemus/ac cõcitabimur: aut magis magiſq; carpemur ac condemnabimur: Si ita fuerimus affecti/ut neq; animalia imitari rationis expertia ualeamur. Vrſa ſepenumero uulneribus ſautia grauibus ipſi medetur omni conatu uerbaſco ſiccam habenti naturam ulcera ipſa reſartiens. Videris & uulpem laricis arboris lachryma ſeipm̃ curantem: Teſtudo quoq; uipere/ depaſta uiſceribus per aduerſantem Cunile naturam nocumentũ e uenenata fera ſibi prouenturum euitat/Quin & anguis feniculi paſtu lipitudinem oculorũ curare uidetur: Preſagiones aũt circa mutationes uarietateſq; celi: quam mentis rationiſq; ſagacitatem non ſuperarunt: Nam oues quidem accedente bruma pabulo copioſius auidiuſq; ueſcuntur: proinde quaſi ſibi prouidentes pro indigentia cibi futura/Boues autem occluſi longo tempore incõmodis hyemis iam tandem ineunte uere/temporis ſenſu naturali mutatione percepta oẽs uno impetu/letis aſpectibus e ſtabulis ſuis aggrediuntur. Iam uero quidam haud inertium hoĩum emolitum fuiſſe cõſtruxiſſeq; gemina ſibi ſpiramina cubiculi terreſtrem herinaceum obſeruauit atq; auſtro flaturo auſtrale aquilone ſpiraturo: aquilonium ſpiramen obſtruere Quid quæſo per hæc ipſa nobis hominibus indicatur: An non ſolum diligentiam opificis noſtri curamue/per omnia penetrare / Sed in animantibus quoq; ratione non preditis: futuri ſenſionem quandam in eſſe: ut & nos ẽt ipſi/ non huic uitæ pręſentibuſq; rebus adhereamus/Sed totum noſtrum ad futuram illam uitam ſtudium dirigamus/Non tute tibi eandem o homo diligentiam adhibebis: Non tuti tibi ipſi demum elaborabis: Non hoc tempore preſenti fruges tibi recondes: Exemplo formicæ profecto requietemq; futuri ſeculi preparabis formica temporis hyberni pabulum æſtate ſibi ſedulo condit: & non quod hye-

mis incõmoda nondum aſſunt ocioſa tempus traducit/Sed in ceſſabili quodam
intentoq; ſtudio legendi ſemina tantiſper incumbit quantiſper ſufficiens alimen
tum in cellulis ſibi recondat: Neq; id in curia facit: ſed ſapientia quadam proui/
dentia ea dedita opera/ut q̃ plurimo tempore pabulum ſibi perſiſtere cõſeruariq;
poſſit/Secat enim morſu fructus arroſoſq; condit/ne rurſus in fruges exeãt e ter
ra: atq; inutiles inde ſibi ad uſum alimonie fiãt. cũ ſenſerit eos madefactos hym
bræ profert atq; exiccat/Nec omni tempore id agit/ſed cum in pluuium preſen/
ſerit ſerenumq; cœlum quamobrem nunq̃ ex nubibus hymbrem defluxiſſe con
ſpexeris: cum a formicis expoſitum eſt frumentum. Quę nam oratio quæſo/ qs
dicendi modus hæc attingere poſſet/Quod ĩps tot tantarumq; rerum admirabi/
lium ſatisfaceret enarrationi: Quis auditus deniq; tantam copiam operum opi/
ficis uarietatemq; catere poſſet. Agite dicamus: & nos etiam cum propheta: Ve
magnificata ſunt opera tua Domine omnia in ſapientia feciſti: Non igitur ad ex
cuſandos nos ipſos illud ſatisfacere poteſt/haud litteris inq̃ ea quæ poſſunt do/
ctrinaq; nos percepiſſe/quandoquidem eius quo conducit nature lege doctrina
uacante ſuſcepimus. Scis certo quid boni proximo feceris/ eſt.n. id quod ab aliis
tuti tibi ipſi fieri uelis: Non ignoras profecto/quid nam ſit ipſum malũ: Eſt.n.
id quod ab alio tute tibi fieri non exoptaueris unq̃/ Nulla facultas ſtudio uiriũ
incumbens fibrium: nulla ars/nulla prorſus herbarum experientia/nullum peri/
culum/animantes rationis expertes/eas quæ proſunt ipſis aut radices/aut herbas
edocuit: ſed natura quæq; predita eſt facultate/ſuæ tam conſeruande/quam recu
perande ſanitatis atq; ſalutis: Necnon & inenarrabilem ad id quod ad ſuam na/
turam cõmodatur habet affinitatem/Sunt apud nos ipſe uirtutes ſecundum na/
turam ad quas habendas affinitas anime non ex humana doctrina: ſed ex ipſa na
tura nobis ineſſe uidetur/Etenim ut nulla nos oratio/nulla formula doctrine ul
lius/nullum omnino pręceptum & docet morbum odiſſe/ſed ex nobiſmet ipſis
nos ea quæ dolorem efficiũt reprehendimus fugimus atq; oremus/ſic & in ani/
ma quedam ineſt euitatio mali uiciiq; uacua doctrina natura: At anime malum
omne uicium morbum eiuſdem eẽ bonum uirtutem omnem probitatemq; ua/
litudinis rationem ſanitatiſq; ſubire conſtat: Pene namq; recteq; ſanitatem q̃dam
definiere/cum habitum ſtatumq; bonum ipſam eſſe dixiſſem an quo naturales
operatione ſine ullo prorſus impedimento proficiſcũtur: Quod ſi dixeris de bo
na etiam animæ habitudine non aberraueris ſane: ſed decorum ipſum attigeris:
quibus efficitur: ut anima ſine ulla doctrina natura propenſa ſit ad id expetẽdũ
quod ſuum proprium bonum eſt: quodq; accommodatur ſibi natura: Quapro
pter omnium hominum communi ſententia temperãtia/fortitudo/ iuſtitia lau/

dabilis:& admirabilis eſt & prudentia preclarum quid nimirum: & ſummo ſtu-
dio conſequendum eſſe putatur:Filii amate colite parentes: uos parentes nolite
ad iracundiam filios prouocare/ nunquid & natura ea non dicit:Nihil noui Di
uus Paulus ſane monet/ſed nature uincula uincit:inſuperq́ꝫ preſtringit/Si leęna
diligit eam quæ ex ipſa profluxit prolem.Si lupus pro ſujs catulis pugnat / quid
nam ipſe dixerit homo/ſi neq́ꝫ mandatis obtemperat: & naturam ipſam adulte-
rat.Cum aut filius ſenectutem patris nihili facit/ aut pater ob ſecũdarum nuptia
rum ſocietatem priorum obliuiſcitur filiorum ſumma profecto dilectione ſum-
mus amor eſt iter parentes/ac filios mutuus animantibus ratione non preditis:
Quapropter & exactiorem ob rationis defectiõem opifex uniuerſi uim ipſis pręſ
ſtitit ſentiẽdi.Nam unde fit ut in ouium quidem tám copioſo numeroſoq́ꝫ gre
ge e ſtabulis exiliens agnus matris ſuæ continuo percipiat uocem/ ad eamq́ꝫ pro-
peret atq́ꝫ lactis fontes ſuos proprios recta petat:papilliſq́ꝫ maternis contentus ſit
etiam ſi per parum habeant ſucci/preteritis haud paucis uberibus lacte diſtentis
mater autem in tam innumeris agnis/ ſuam illam propriam quam peperit pro-
lem/ſine ullo errore prorſus agnoſcat / Vnã uox omnium eſt : unus idemq́ꝫ ſe-
penumero color unus etiam penitus odor/ut odorandi ſenſui noſtro uidet: At
tamen ineſt in ipſis quedam ſentiendi facultas noſtra longe: nimirum exactior:
qua ſuum cuiq́ꝫ proprium facile dignoſcere licet:Nondum dentes catulo pullu
larunt morſu tamen eum aggreditur : qui dolore ipſum affecit : Nondum cor-
nua uitulo ſunt exorta/ſcit tamen qua ſua arma parte naſcantur/ea quæ petit ad
uerſarium parte/ Hæc indicant: & demonſtrant nullam animantium naturam
partã eſſe doctrina:& nihil in iis que ſunt diſpoſitione definitioneq́ꝫ carere/Sed
omnia in ſeipſis ſapientiæ Dei creatoris ueſtigia continere:Itaq́ꝫ orta eſſe ut ſint
ad conſeruandam ſuam ſalutem ſuapte natura parata Atq́ꝫ canis expers quidem
eſt rationis:ſenſionem tamen obtinet parem prope diſcedit rationi:Quæ namq́ꝫ
ſeculi ſapientes ocio ſuæ toto uite ſumma dedita opera uix inuenerunt argumen
tationum inquã rationumq́ꝫ nexus in iis ſeſe offert canis eruditum ab ipſa natu-
ra:Nam ſi cum eius fere ueſtigia:quam perſequitur inueſtigat:inuenerit ea plu-
ribus ſeſe findẽtia modis:inueſtigatis ſuis diſcuſſionibus quaſcunq́ꝫ in partes fe-
rentibus ſemitis uocem prope dicam ipſam ratiocinandi ꝑ ea que agit elicit hoc
pacto.Fera q̃ ꝑſequor iq̇t/aut hac aut hę aut hac abĩit uia/at neq́ꝫ hac neq́ꝫ hac ẽ
ꝓfecta Reſtat ergo hac illã abiiſſe uia:atq́ꝫ ita falſa tollẽdo ue℞ inuenire ſolet qd
plus ii faciunt:qui pro linearum deſcriptionibus deſignandis cum grauitate ſe-
dent:lineaſq́ꝫ diducunt in puluere cum tribus allatis propoſitionibus duas tollũt
ueluti falſas:& in ea quæ reſtat:uerum comperiunt / memoria uero beneficio℞

huiuſce gratieꝗ reddende quem ingratum beneficiorum immemorem hominem non notis urit non nequam non turpiſſimum eſſe oſtendit: Iam quidem: & interfectis a latronibus in ſolitudine dominis: complures a Cadeueribus canes non receſſiſſe/Sed ibidem expiraſſe memorie traditur. Nonnullos etiam cede recente duces inquirentibus graſſatores fuiſſe necnon: & latratu: Laniauqꝫ maleficos indicaſſe ſcelusqꝫ coegiſſe fateri ferunt: Quid homines ii quæſo dixerint: qui nullo ſuum opificem altoremqꝫ deum proſequuntur amore/ſed ut amicis etiam: & neceſſariis iis utuntur qui loquuntur aduerſus deum iniquitatem/eiuſdemqꝫ participes menſe ſunt: & dum alimenta ſumunt/ maledicta in altorem ipſum ſuum audiunt: atqꝫ ferunt/Sed ad perſpiciendam creaturam redeamus oportet: Animalium ea quidem quæ facile capi poſſunt fecundiora longe ceteris eſſe conſtat: Quo circa tam Lepores: quam dame / quam etiam oues fere ſepius: & geminos pluresqꝫ pariunt fetus ne genus deficiat preda propoſitum feris iis: que ſanguine gaudent carneqꝫ uefcuntur/At ea quibus pro cibatu cetera ſunt certum eſt longe minus fęcunda eſſe: Quapropter Leonis uix unius Leęna mater euadit. Edi namque partum unguium acie lacerato in enixu utero uulgo ferunt: Viperas etiam utero deuorato fama eſt in lucem accedere decentes ſcilicet mercedes premiaqꝫ parenti reddentes: Adeo nihil eſt in iis: quæ ſunt/Cui non ſit bene prouiſum cui non data eſt opera curaue ſuæ naturæ accommodata/Quod ſi perſcrutari percipereqꝫ partis animantium uelis nihil prorſus opificem adiunxiſſe quod addendum non eſſet / nihil non attuliſſe quod afferens quod neceſſarium eſſe inueneris: Carniuoris animalibus acutos preſtitit dentes: Eſt enim talibus opus ad alimenti talis formam atqꝫ naturam: Quæ uero non utrinqꝫ dentibus armata ſunt iis numeroſa cōceptacula: compluresqꝫ merito: uariaſqꝫ pabuli Cellulas extruxiſſe uidetur: Nam quia primum immiſſus ori cibus officio munereqꝫ dentium haud ſatis conficitur / iccirco data eſt ipſis exauriendi deuoratum facultas quo ruminatione ſatis confectum concoqui poſſit/ Venter reticulum: Herniaceus omaſum non ocioſe/porro non incaſſum in iſtis animantibus inſunt ſed ſuum quiſqꝫ ſinus officium ad concoctionem adminiſtrandam tibi neceſſarium agit: Collum prolixum Camelus obtinet: quo par ſit pedibus: & eam qua uefcitur herbam attingere ualeat: Contra perbreue eſt: humeroſqꝫ ingreſſum tam Vrſe quam Leoni: quam etiam tygridi ceteriſqꝫ generis huius animantibus collum/propterea quod haud ex herbis ipſis offertur pabulum/nec humum attingant ore neceſſe eſt: quippe cum carniuora ſint: & anima

lium uenatione predaq; ueſcantur: Quid ſibi uult pro muſcis elephanto/ quid pollicetur/ Vaſte molis hoc animal: & omnium terreſtrium maximum ad ſpectātium ſtuporem admirationemq; natum: copioſa carne corpore referto nimirum eſſe oporteret: Huic ſi grande pro rata membrorum inferiorumq; pedumq; ratione collum adiunctum fuiſſet in attrectabile penitus eſſet exuperante ſuopte pondere ſemper inferius iret gens: Nunc autem caput quidem per Colli paucas admodum uertebras: cum ſpina coniungitur: Promoſcidem autem habet officium ſubeuntem munuſq; colli/qua plane tam pabulum ſumere: quam potū etiam exaurire ſolet: At enim & inferiora membra compactione indiſtincta uelut indiſcrete Columne molis pondus uniuerſe ſuffulcunt: Nanq; ſi lenta molia diſtinctaq; molitante ſubiecta eſſent crebre ſane modo cōſidente: modo ſeſe erigēte fera fierent articulorum dimotiones cum prenimio pondere ſatis corporis ferre molem leuareq; non poſſent/ Nunc uero paruus talus pedi ſubiicitur elephanto/ nec in ala nec in genu diſtincto. Non enim articulorum lapſus tantam tolleraret animalis carnem adeo Copioſe ambientem ipſum atq; micantem: Quæ cū ita ſint opus elephanto fuit illa tam longa nare nimirum ad pedes uſq; humumq; demittenda. Nonne conſpicis ut militant in preliiſq; perinde atq; turres quedam/ aut carnei quidam colles turmas ante eunt atq; cohortes/ impetuq; intollerabili facto/ ſtrictas horrenteſq; ferro acies hoſtium diſſecant diſpellunt/ atq; proſternunt. Quod ſi infera ſibi membra rationem ratam ad ſupera non ſubirent neq; ullo prorſus elephantus tempore perſiſtere poſſet: Nunc uero ſunt qui memorię prodiderunt: & trecentis annis: & ultra uiuere elephantum: Iccirco compactis: & non diſtinctis inferis membris ipſe preditus eſt: Iam uero Promiſcidem ex imo pabulum diximus in altum ſeſe erigentem ad os admouere: Cuius & naturam ob id ipſum humidiorem: & effigiem ſerpentis emulam eſſe conſtat/ Adeo uera eſt illa ſententia/ nihil in rebus creatis uacare nihil omnino deeſſe: Hanc tamen tam uaſtam mole tam exuperantem uiribus belluam ſubiectam opifex rerum omnium nobis ſubiectamq; creauit atq; conſtituit: Vt & comprehēdat percipiatq; cum a nobis docetur/ & ferat cum uapulat aperte nos admones propterea ſeſe nobis omnia ſubieciſſe / quod imagine ſimiles ipſi ſumus effecti / Non ſolum autem in tam magnis animantibus inſignis roboris uerum etiam / & in paruis / exilibus minimiſque nihilominus immenſam inſpicere Dei ſapientiam nobis admirarique licet /. Nam ut haud magis cacumina montium admiratione ſemper afficere ſoleo : que quidem : quia

propinqua ſunt nubibus continuis circumquaqꝫ flatibus hybernam perpetuo re
frigerationem ſibi conſeruant/ac detinent:q̃ concauitates conuallium non ſolū
incōmodos celi flatus locorum eminentium euitantes ſed & tepidum ſemp aerē
continentes Sic & inanimantium ēt compagine nō elephantem admiratiōe po-
tius afficere conſueui propter tm̄ magnitudinis faſtum:q̃ ſoricem qui formido
loſus eſt elephanto/aut ſcorpionis tenuiſſimam ptem aculeum inq̄ ut cauū eum
perinde atqꝫ fiſtulam artifex uniuerſi: quo uirus per ipm ictus infundatur ac im-
primatur extruxit. Atqꝫ nemo creatorem eam ob rem incuſare uelit/quod anima
lia ueñata exicialia uite/neciqꝫ parata nr̃æ in rationem reꝝ indulxit/uel a deo q̄ſ-
piam:& inſtitutorem & ducatoremqꝫ pueroꝝ accuſet in ordinem redigentē ma-
reſqꝫ optimos iuuentutis ingenium facile ad improbitatemqꝫ propenſum libidi
nem luxumqꝫ plagis uerberibuſqꝫ caſtigando/ac cohercendo fidei ſane demon-
ſtrationes ſunt ipſe fere: Confidis in Dn̄o:ſuper aſpidem & baſiliſcum ambula-
bis:& conculcabis leonem & draconem atqꝫ habes poteſtatem ex fide ambulā-
di ſuper ſerpentes ac ſcorpiones non cernis uiperam euaſiſſe Diui Pauli manum
frutices colligentis neqꝫ quicq̄ illi penitus detrimenti attuliſſe/propterea quod/fi
dei plenum inuenit. Quod ſi fide careas haud feram potius exitialem q̃ eā qua
preditus es fidei uacuitatem tute tibi metuere uelis:qua te iam facile capi/perire
qꝫ paratum feciſti/At .n. ſentio iamdudum ea quę ad hominis ortum generatio
nemqꝫ pertinent/auditores an me maximopere poſtulare:mihiqꝫ uideor ppe di
xerim ſuoꝝ in me cordium clamores exaudire/qbus queruntᷣ ac inqunt ſeſe Fe
ras qdem quales nā ſint nr̃a doceri ſeſe uero nō mediocriter ignorare obtempe-
mus igitᷣ ipſis ac obſequamur/oī prorſus formidine nos occupāte depulſa depo
ſitaqꝫ neceſſe eſt:difficillimū.n. oium eē uere uidetᷣ ſeipm cognoſcere nō ſolus.n.
oculus ea quæ ſunt foris cōſpiciēs in ſeipm cernēdū haud utitur facultate uiuē-
di/ſed ipſa mēs ēt nr̃a pacute pſpiciēs alienos errores/tarda eſt ac hebes ad ppri-
os ſuos cognoſcēdos defectus idcirco nūc ēt oratio nr̃a cum aliena iā ſtrenue trā
ſegiſſet lēta nimirū eſt ad ea pquirēda quæ ad nos attinēt:& inertia metuqꝫ refer
ta/q̃q̃ haud fit ut magis ex celo terraqꝫ Deū qſpiam q̃ ex noſtra ppria natura cō-
pagine cōſtitutioneqꝫ pcipiat. Si modo ſeipm ſagaciter:& uti decet inueſtigaue-
rit quēadmodū:& diuus ppheta dixit/Mirabilis cōſpecta eſt ex me tua cognitio
Deus.i.cū me ipm nouerint īmēſam exupātēqꝫ uiā ſapiētiā ipſe didici/noui/ per
cepi:Et dixit Deus faciamus hoiem ubi nūc ē ipſe iudeus q q̃ſi p feneſtras in iis
q̃ antea dicebantᷣ igrediēte luce theologie pſonāqꝫ ſecūdam inuēte nōdum aūt p
ſpicue demōſtrāte ueritati repugnabat ipmqꝫ deū ſecū diſcere ſeque alloqui non
aliū ullum dicebat ipſe enim dixit aiebat & ipſe fecit/Fiat inq̄ lux:& facta eſt lux

Erat igitur:& tunc in iis que dicere id Deus ſolet/abſurditas non mediocris mi-
nimeq̧ obſcura:Quis.n.aut faber/aut ſutor / aut excuſſor inſtrumentis artis ſibi
preſentibus ſolus ipſe nullo ſocio comitante aut faciamus ait cultellum/aut con-
ficiamus calciamentum:aut componamus aratrum:ſed non ſilentio ſuam cum
libuerit accommodatam ab artem exequitur operationem:Sunt.n.inſignes pro-
fecto nuge principem quempiam ſui præfectumq̧ uerbis herrorum more uehe-
menterq̧ ſeipſum hortantem concitãtemq̧ ſedere/uerum qui ſummo ſtudio ca-
lumniis perſequuti ſunt dominum ipſum/nec unq̃ eos puduit huius quod non
dixerit queſo:quid non fixerint exercitatam paratamq̧ linguam ſemper ac men-
tem ad omne quod uis falſum dicendum/atq̧ fingendum habentes : hæc tamẽ
uox p̃ſens penitus ipſorum os occrudere manifeſte uidetur:Et dixit Deus facia-
mus hominem Nunquid:Et nunc etiam dic mihi iudee ſola perinde ut tibi pla
cet atq̧ unica eſt ipſa pſona/Non.n.ſcriptum eſt fiat homo:ſed hominem facia-
mus cum is qui per ſcripturam docetur nondum ortus erat nondum creatus/in
profundo theologie præconium hoc celabatus ac tegebatur:cum uero iam ipſi-
us ortus hominis expectatur detegitur parumper ipſa fides:& apertius indicatur
ſententia ueritatis:Faciamus hominem:audi tu queſo qui bellum indixiſti per-
petuũ Xp̃o deum ip̃m ſuum in creandis rebus ſociũ alloq:Per quem & ſecula fe
cit:Qui portat oĩa uerbo potentie ſuæ:At nõ paciententer religionis recte ſentẽ-
tiam pfidus iudeus acceptat/ſed ferarũ eæ que ſũmo pſequunt̃ hoĩem odio:cum
in ſcaueis occludunt̃/fremunt/ſtrident/atq̧ ſeuitiã qdem naturæ feritatẽq̧ ſuam
oſtendũt:explere uero rabiẽ nequeũt/ſic & inimica gens ueritatis iudei in angu-
ſtũ intruſi/multe ſunt inquunt perſone nõ una ad quas oratio Dei dirigit̃/Ange
lis.n.aſtantibus faciamus hoĩem dicit iudaicũ hoc eſt ꝑfecto figmẽtum:& facili
tatis illorũ hec incõpoſita eſt fabella/atq̧ ut unã ipſam orationis ui cõpulſi pſonã
filii nõ admittãt innumeras introducũt pſonas:& filium negãtes / ac extrudẽtes
ſeruis ipſam cõſultationis:tribuũt dignitatem cõſeruoſq̧ nr̃os auctores nr̃æ crea
tionis officiunt:cum ſuũ homo ſtatum exactũ eſt conſecutus/ad Angelorũ recta
reducit̃ dignitatẽ. At que nã unq̃ creatura/queſo ſuo creatori par eẽ põt:Cõſide
ra aũt:& ea q̃ deinceps ſequunt̃. Ad imaginẽ/& ſimilitudinẽ nr̃am:qd ad hęc di
cere paras:Num una Dei:& angelorum imago eſt:Patris enim filii formam ea-
dem eſſe neceſſe eſt Atq̧ formam intelligamus oportet : Vt Deo decet tribuere
formam non corporis cõditione:ſed deitatis ꝓprietate Audire uelis & tu noue
ſecte/noue opinationis homo : Qui Iudeorũ amplecteris / atq̧ colis opiniones/
Religionis xp̃i ſimulatione/atq̧ pretextu:Cui dicit faciamus hoĩem ad imaginẽ
& ſimilitudinem nr̃am:Cui nam alii q̃ ſplendori glorie & forme ſubſtantię ſuę

qui eſt inuiſibilis dei imago/ſuæ igit̃ imagini proprieſque uiuit/que dixit: Ego
& pr̃ unũ ſumus: & qui me uidit pr̃em uidit huic dicit faciamus hoiem ad ima-
ginem & ſimilitudinẽ nr̃am/ Vbi una eſt imago una ſimilitudo: quem ibi locũ
obtinet diſſimilitudo/Et fecit Deus hoiem/ Nõ dixit fecerũt / Euitauit hoc loco
multitudinẽ ſapiẽter/p illa nãq; Iudeũ erudiebat p hæc uero gentilium excludẽs
errorem/Secure admodũ ad unitatẽ recurrit: Vt & filiũ ſimul cũ patre intelligas:
& multitudinẽ deoꝝ effugias euitesq; piculum. Et fecit Deus hoiem ad imaginẽ
& ſimilitudinem ſuã/Ad imaginẽ Dei creauit ipm: Iteꝝ ſocii creatiõis pſonam
adduxit in his.n.ultimis uerbis/nõ ad imaginem ſuã dixit: ſed ad imaginẽ Dei
creauit ipm: At qua nam in re:Dei ſui creatoris imagine præditus eſt homo: quo
q; pacto ſimilitudinis pticeps eſt deinceps in ſequentibus deo preſtante nobis fa
cultatem dicemus atq; explicabimus. Nunc id tñ dicamus oportet / Si una eſt
imago/ſi una ſimilitudo/ Vnde tibi in mẽtem uenit intollerabilis hęc impietas:
diſſimilẽ aſſerere filiũ eſſe patri/O tuam hanc tam imanẽ ingratitudinẽ / Quã a
filio Dei datam accepiſti ſimilitudinẽ eam nõ tribuis uiciſſim ita ei qui tñ in te
beneficium contulit: & tibi qdẽ eaq; gr̃a/tibi conceſſa ſunt firma ſtabiliaq; mane
re cenſes: Filio uero ſimilitudinem quã ad genitorem obtinet ſuũ natura nõ per
mittis ut habeat nõ concedis/Sed ſilentiũ ecce nobis aduesperaſcens imperat ips
ſole iamdudũ ad ipſum occaſum miſſo: Hic igitur & nos orationem hanc narm
ad torum/quietemue deducendam eſſe cenſemus/ Atq; nunc quidem ut excite-
mus dumtaxat haꝝ animum ſententias haſce tetigimus: Exactiorem aũt accura-
tioremue propoſitaꝝ rerum inueſtigationem in hiis que deinceps dicent̃ oppẽ
ferente ſpiritu diuino reddemus: Abite mihi gaudentes uos oẽs: contio ſummo
amore proſequens Xp̃m ſententiaꝝ memoria iam dictarum ueſtras elegãtes gra
ueſq; menſas præ omnibus lautiſſimis epulis uariiſq; dapibus cõdecoraturi/Tur
pitudinem afficiatur is omnis qui patri diſſimilem filium aſſerit eſſe Subertatur
ipſe Iudeus ſententiis ueritatis omnis pius exultet: perpetua deniq; gloria Dñs
deus noſter afficiatur/Quem ſemper ipſa decet in ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

¶ Regiſtrum huius Operis.

aa.bb.cc.dd.ee.ff.gg.hh. Omnes ſunt terni præter. hh. quod eſt duernus.

¶ Impreſſum Romę apud Iacobum Mazochium Romanę Achademię
Bibliopo. Anno. M.D.XV. Die. X II. Menſis Decembris.